

nafterio dependentes five Curatas, five non, fed tamquam delegatum Sedis Apoftolicæ, & non alias, probatur decreto cap. 8. feff. 7. in illis verbis: (Locorum Ordinarij ecclefijs quomodolibet exemptas auctoritate Apoftolica fingulis annis vifitare teneantur, & opportunitis juris remedijs providere ut quæ reparatioe indigent, reparentur, & cura animarum, fi qua illis imineat aliifque debitis obfequijs minime defraudentur. Ad hoc ergo ut Epifcopus prohibeatur jure Ordinario vifitare, non requiritur ftatus nullius diœceſis juxta cap. 9. feff. 24. fed fatiſt eſt ſola exemptio ab Epifcopi juriſdictione. Ideoque cum de hoc olim actum eſſet in Sacra Congregatione Concilij quoad eccleſias ſæculares curatas exemptas monaſterijſ Caſſinenſibus unitas, vel ſubjectas; Congregatio re diligenter examinata cenſuit licere Epifcopis dictas eccleſias vifitare, fed delegata tantum auctoritate, idque expreſſe ab eis declarandum.

44 Quod ſi quaratur cur Concilium vulneraverit privilegia Regularium concedendo Epifcopis facultatem vifitandi illorum monaſteria auctoritate Ordinaria, cum tamen ſæculares eccleſias exemptas non permiferit vifitare, niſi auctoritate delegata.

Poterit reſponderi hoc idem factum fuiſſe, quia monaſteria regularium non vifitari poſſe, niſi in iſis, quæ ad dictam curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent. At verò eccleſias ſæculares voluit poſſe vifitari etiam in alijs quæ ad curam animarum non ſpectant. Unde cum has magis gravaverit, quam monaſteria Regularium, voluit etiam relevare in hoc ut vifitari non poſſent niſi auctoritate Apoftolica, arg. l. 1. in fine, C. de hiſ, qui ante apert. tabul. & l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. l. Qui libertinus. ff. de op. libert. l. Quid ergo. ff. de iſ, qui nor. inſam. Præſertim verò, quia quoad curam animarum non attribuit Epifcopo ſolam facultatem vifitandi, fed etiam examinandi Curatos, & alios, quos auctoritate ordinaria ab Epifcopis abſolvi oportebat, cap. Cum ſatis, de offi. Ar.

46 ibid. Quam interpretationem videtur olim lequuta S. Congregatio in eadem cauſa Caſſinenſi. Nam poſteaquam declaravit Epifcopum non poſſe vifitare eccleſias ſæculares Congregationi Caſſinenſi unitas niſi auctoritate delegata; poſtea conſulta an Epifcopi eſſent admittendi ad vifitationem plenariam, an verò tantum quoad ea, quæ concernunt curam, reſpondit eſſe admittendos ad vifitationem plenariam, præterquam in locis, in quibus viget regularis obſervantia, & cura imminet eccleſiæ monaſterij, juxta cap. 11. feff. 25. de regular. tunc enim reſtringitur vifitatio ad ea, quæ concernunt curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem.

**De Capellis Monachorum, & aliorum Religioſorum.**

**Cap. In Eccleſiis.**

**S U M M A R I U M.**

1 **C**om mendatarius monaſteriorum S. Benedicte, vel S. Baſilij, quibus cura animarum incumbit an teneantur perſonaliter reſidere, & curam

- per ſeipſos exercere, & num. ſeq. ſque in fin.
- 2 **C**om mendatarius monaſterij, cui imminet juriſdiction temporalis tantum, non teneatur ſacris initiari, nec reſidere, ibid.
- 3 **C**om mendatarius, cui juriſdiction ſpiritualis incumbit in foro contentioſo, an ardeatur ad ſacros ordines ſuſcipiendos, & perſonaliter reſidendum.
- 4 **C**om mendatarius, cui juriſdiction ſpiritualis in foro contentioſo an efficiat propriè monaſterium Curatum.
- 5 **C**om mendatarius, cui incumbit cura animarum in foro penitentiali, an teneatur gradus ſacros ſuſcipere, & reſidere, & num. ſeq. ſque in fin.
- 6 **C**om mendatarius hodie habentur pro veris titularibus, & num. 22.
- 7 **C**om mendatarius monaſteriorum non ſunt cogendi ſacros ordines ſuſcipere, nec reſidere, ſi cura animarum Sacramentoſo incumbat eccleſiæ, vel monaſterio, non autem perſone Com mendatarij.
- 8 **M**onachi prohibentur curam animarum exercere.
- 9 **A**bbas monaſterij cui cura animarum perſonarum ſæcularium incumbit, ab non promotionem infra annum non incidit in penam, cap. Licet canon. de elec. lib. 6.
- 10 **M**onachi de iure communi an poſſint præfici Parochialibus ſæcularibus.
- 11 **M**onachus clauſtralis non poteſt aſſumi ad curam populi monaſterio incumbenti, & cur.
- 12 **M**onachus ſine monaſterio caret vita, ſicut piſcis ſine aqua.
- 13 **I**ntelleſtus Abb. ad hunc textum reſellitur, ibidem verſ. Sed obijcies.
- 14 **A**bbas monaſterij curati an habeat ſaltem curam habitualem.
- 15 **P**oſſibile non dicitur quod fieri non poteſt abſque diſpenſatione.
- 16 **C**ura habituales an, & quando obliget ad reſidentiam.
- 17 **C**ura animarum in monaſterio, ubi eſt Congregatio Monachorum non incumbit Abbati, & Monacho, ſed monaſterio ſeu eccleſiæ ipſorum.
- 18 **C**om mendatarius non mutatur ſtatim beneficij.
- 19 **C**om mendatarius ceſſante per obitum Com mendatarij beneficium non vacat per obitum, ſed eo modo, quo vacabat ante Com mendatarij.
- 20 **A**bbas Com mendatarius nullius diœceſis non poteſt vifitari à proximiori Epifcopo.
- 21 **C**om mendatarius non eſt verè titularis.
- 22 **C**om mendatarius non eſt propriè Prælatuſ, ſed quaſi depoſitarius.
- 23 **P**oſſidens nomine alieno non poteſt preſcribere, nec novum ſtatim benefico imprimere.
- 24 **D**iſpenſationes matrimoniales committuntur Abbati nullius Diœceſis, ſed non com mendatario, quia non eſt Abbas ibid. verſ. Et alia.
- 25 **A**bbas titularis in ſynodo, & alijs ſunctionibus præcedat Com mendatarij.
- 26 **C**om mendatarius ſubrogatus eſt in locum Abbatis titularis etiam quoad iura perſonalia.
- 27 **B**eneficia regularia com mendatata quibus cura animarum incumbit non ſubſtaceat forme examinis per concuſum.
- 28 **V**icarius amovibilis an arguat curam eſſe penes deputatum.
- 29 **I**n monaſterij à prima inſtitutione curati cura exerceri debet per Vicarium ad nutum amovibiles.
- 30 **R**efidentia eorum qui deſervire non teneantur, inanis, & num. 28.

Con-

29 **C**onſuetudo non reſidendi in monaſterijſ com mendatarij arguit curam animarum non incumbere ipſis Com mendatarijſ.

30 **A**lius, qui reſerri poteſt ad bonum, & malum in dubio reſerri debet ad bonum.

**I**N ECCLESIIIS. Ad curam populi monaſterio incumbentem non Monachi, ſed ſæculares Clerici præficiuntur, & Epifcopis ſubſunt. Hoc dicit. Breve eſt, & unica habet ſtructuram, & ideo non dividitur ſecundum Jo. Andr. & Butr. ſed ſecundum Cardin. & Abbat. Primò ponit dictum. Secundò ampliat, ibi, licet.

Nota primò quamvis Monachi de jure communi præfici poſſint Parochialibus eccleſiis ſæcularibus, ut in c. Quod Dei timorem, ſcilicet tit. 2. tamen nec decens eſt, nec poſſibile de jure communi, ut Monachus clauſtralis præficiatur curæ incumbenti eccleſiæ regulari. De hoc latius infra n. 7. Quod tamen ſecundum Jo. Andr. hic n. 6. in prima gloſ. Cardin. n. 1. malè ſervatur. Imò videmus in monaſterijſ habitibus curam populi, Monachos clauſtrales ad mandatum Abbatis, vel Epifcopi circuire Parochiam, & miniſtrare populo Sacramenta, & Petr. de Anchar. n. 1. reſert ſe ita vidiffe obſervari Venetijs in monaſterio S. Gregorij habente parochiam. Et forte ad hanc obſervantiam, ſeu potius ad indulta Apoftolica reſpicens Concilium Tridentinum in cap. 11. feff. 25. de regular. ſtatuit ut in monaſterijſ, ſeu domibus quibus iminet animarum cura perſonarum ſæcularium tam Regularibus, quam ſæculares hujusmodi curam exercentes ſubſint juriſdictioni Epifcopi Diœceſani in iſis quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent; & ſic admittit Concilium eſſe poſſibile, ut Regularis exerceat curam populi monaſterijſ incumbenti contra textum hic. In hoc enim caſu loquitur hoc decretum Concilij, quando ſcilicet cura iminet ipſi monaſterio, Nam de Parochialibus monaſterio unitis loquitur, 6. 7. feff. 7.

Secundò nota, in monaſterijſ ubi Monachi vivunt in congregatione curam populi non incumbere Abbati, vel Monachis, ſed ipſi eccleſiæ, vel monaſterio, quod patet hic. Nam ſi cura incumbet Abbati, & Monachis non adſtringerentur ad eam exercendam per Presbyterum ſæcularem, ut deciditur in textu, ſed deberent, aut ſaltem poſſent ipſi per ſe illam exercere, ut in Clem. Ne in agro. 5. Ceterum, de Statu Monach. de quo infra n. 7. & 15. Unde inferitur, ut Com mendatarij monaſteriorum non teneantur per ſeipſos exercere curam animarum monaſterio iminentem, & conſequenter nec perſonaliter reſidere, aut ſacros ordines ſuſcipere. Nam cum ipſi Com mendatarij ſuffecti ſint in locum Abbatis Titularis, quem admodum Abbas non obſtringitur ad hujusmodi curam exercendam per ſeipſum, ita nec Com mendatarius, per regul. Subrogatorum. Nec refragatur decretum Concilij Tridentini in cap. 2. feff. 6. quia non ardeat quofcumque Com mendatarios ad perſonalem reſidentiam, ſed illos tantum qui in commendam obtinent beneficia perſonalem reſidentiam exigentia de jure, ſeu conſuetudine. Decretum verò, cap. 8. feff. 21. tantummodo præcipit, ut cura animarum, ſi quæ monaſterijſ com mendatarijſ, vel eorum annexis imineat, recedat exercetur, nec aperit à quibus perſonis id præ-

ſtari debeat, ſæcularibus ſcilicet regularibus, de quo tamen articulo dicam latiffime in quaſtione proxima.

1 **Q**UÆRO igitur poſito Tridentini Concilij decreto in d. cap. 2. feff. 6. an Com mendatarij monaſteriorum Ordinis S. Benedicte, vel S. Baſilij quibus cura animarum incumbit perſonarum ſæcularium, teneantur perſonaliter reſidere, & curam hujusmodi per ſeipſos exercere.

Pro clariori quaſtione ſolutione duo caſus ſunt diſtinguendi.

Primus eſt cum cura monaſterio, vel Com mendatario incumbens eſt juriſdictionalis. Et hoc primo caſu ſi juriſdiction ſit tantum temporalis, certum eſt monaſteria hujusmodi, ſeu Abbatis, vel Prioratus haberi pro beneficijs ſimplicibus; & propterea Com mendatarios non teneantur ſacris nec perſonaliter reſidere, gloſ. in extravag. Execrabilis, in ver. Viſitare de preb.

2 **S**i verò juriſdiction ſit in foro ſpiritualis, & Com mendatarius illam actu exerceat ſive in conventum, ſive in illius ſubditos ſæculares, ut excommunicare, interdiceret, abſolvere, ſuſpendere, vifitare, inquirere, & alia, de quibus per gloſ. in d. extravag. tunc propoſito olim articulo in S. Congregatione Concilij die 27. Octobris 1575. ex undecim Cardinalibus ſex dixerunt Com mendatarios non teneantur ſacros ordines ſuſcipere, nec reſidere, quia tunc monaſterio non dicitur propriè curatum, ſed ex larga ſignificatione, ut notant Innoc. Jo. Andr. Butr. Abb. & DD. in cap. Dudum, ſi ſecundo, de elect. gloſ. in Clem. Dudum, de ſepultur. ubi quod habens jus excommunicandi non habet curam animarum, Innocen. & alij in cap. Cum ſatis, de offi. Archid. & in cap. De multa, de preb. Staphil. de ſtat. & qualir. num. 20.

Unus Cardinalis Senonenſis ait, quidquid ſit de jure in Gallijs, Com mendatarios eſſe cogendos à Sanctiſſimo: Reliqui verò quatuor ſenſerunt teneri per text. in d. cap. Dudum, ſi ſecundo, 5. Licet, verſ. Sed cum in iure, ibi. Evidenter apparet quod curam animarum habet de elect. Ita ponderat Abb. ibid. num. 7. & 8. & quamvis, num. 7. ſubdat non eſſe propriè curatum, & idem aſſert Joann. Andr. Butr. & Apoſt. ad Abb. tamen textus in d. cap. Dudum, clarus eſt, & clarior in cap. Super eo, de preb. in 6. & in d. Extravag. execrabilis in fin. ad quem textum non videntur reſpexiſſe DD. ſed reſpexit Cardin. in Clem. 1. q. 2. de off. Vicar. ubi citat dictam extravag. Quamobrem ſi cura juriſdictionis ſpiritualis efficit beneficium curatum, & ergo intrat diſpoſitio Clem. Ne in agro, 5. Ceterum, de Stat. Monachorum.

Tandem omnes cenſuerunt excepto Cardinali Alciato Com mendatarios non teneri reſidere ex Concilio, ita ut teneantur illis penes de quibus in cap. 1. feff. 23. ſed tamen teneri reſidere de jure veteri ad terminos d. cap. Super eo, de preb. in 6. d. cap. Dudum, 5. Licet, ut extravag. Execrabilis 5. Quantum autem, ad quod jus vetus videtur Concilium reſpexiſſe in cap. 2. feff. 6. ut ſcilicet ſi aliquis Com mendatarius reperitur habere illam juriſdictionem, de qua ibi, poſſit cogi reſidere, prout ante Concilium poterat, & hanc poſteriorum Sacri Congregationis ſententiam Gregor. XIII. ad ſe relatum approbavit.

4 **S**ecundus caſus ad quem propriè reſtringitur quæſtito ſuperius propoſita eſt, cum cura animarum

T 3

mo-



monasterio, vel Commendatario incumbens est Sacramentalis, & in foro penitentiali, & hoc casu regula constituitur contra Commendatarios, ut scilicet teneantur initiari sacris, & personaliter residere. Quod constat ex cap. Nemo, de elect. in 6. tum quia Commendatarij hodie pro veris titularibus habentur tam in Gallijs, quam extra, & jura omnia de Abbatibus, & Prioribus loquuntur habent etiam locum in hisce Commendatarijs, Prob. ad Monach. in d. cap. Nemo, num. 11. & 23. de elect. in 6. Rebuff. in tract. de pacif. possessum. 47. Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 9. §. 9. & Gomes de infir. resign. 7. §. 13. num. 7. de Trienniali. §. 5. num. 11. de publ. resign. §. 4. num. 29. & de Idiomatico. §. 5. num. 6. Sed veri Titulares Prioratum, & aliorum hujusmodi beneficiorum regularium curam animarum Sacramentalem habentium obligantur ad sacros ordines suscipiendos, & ad personaliter residentiam d. Clem. Ne in agro, §. Ceterum de Stat. Monach. Ergo & Commendatarij.

Verum hæc regula declaratur procedere si cura animarum incumbat personæ ipsius Commendatarij, secus verò si incumbat monasterio, vel conventui, quia tunc nec ad ordines suscipiendos, nec ad residentiam teneatur; quemadmodum re diligenter examinata ex Gregorio XIII. approbante similiter respondit S. Congreg. Concilij.

Solutio igitur præsentis questionis pendet ab inspectione. An hoc casu cura animarum incumbat personæ ipsius Commendatarij, vel potius ecclesiæ, seu monasterio.

Et quidem cum dubium proponatur de monasterijs ordinis S. Benedicti, & S. Basilij manifestum videtur curam non Commendatarijs, sed monasterijs incumbere. Nam inspecto tempore quo monasteria hæc nondum ceperant commendari, sed adhuc ibi erant Abbates, & Monachi, manifestum est curam non fuisse penes Abbatem, & Monachos, sed penes ecclesiam, vel monasterium tantum, quia Monachi viventes in Congregatione eorum instituto prohibentur de jure curam animarum personarum secularium exercere, textus est clarus hic, in c. unic. eod. tit. lib. 6. c. 1. cum pluribus seq. 16. §. 1.

Et propterea non habet locum contra Abbatem dispositio, cap. Licet canon. de elect. in 6. privans omni jure obtinentes beneficia curata non promotos infra annum ut per Jo. Monach. ibi num. 6. Vitalin. in Clem. unica, n. 2. 4. de offic. Vicar. Rebuff. in praxi tit. de non promotis infir. annum. n. 28.

Neque obstant textus in c. Doctor, c. in parochia, & cap. Poi autem, 16. §. 1. nam respondetur dicta jura procedere in Parochialibus secularibus à monasterio distinctis, de quibus quia Concilium Lateranense in c. Monachi, de Statu Monach. statuit ne Monachi singuli per villas, & oppida per quantumque Parochiales ponantur ecclesijs DD. admodum se torquent in intellectu dictorum canonum.

Quidam enim putant Monachum de jure communi promoveri posse ad Parochialem ecclesiam seculari non posse dispensatione, dummodo cum eo habitet alius saltem Monachus juxta textum in d. cap. Monachi, & cap. Quod Dei timorem, ubi ita communiter tenentur testatur Abb. num. 7. vers. aut est curata. Alij verò censent Monachos de jure communi præci non posse præfici Parochialibus, nisi dispensativè ex causa necessitatis, id est in defectum Clericorum secularium, juxta text. in

cap. Cum pro utilitate, & cap. Qui verè ibi: nisi forte jubeantur, propter urgentes necessitates, 16. §. 1. & cap. Præcis, 55. dist. & hanc opinionem sequitur glossa Joannis in d. cap. In parochia, in ver. Cum diacomum, eamque late tueretur Abb. hic sub num. 4. vers. In glos. Alij, ut Vincentius, dicunt de jure communi Monachum non posse assumi ad Parochialem ecclesiam gubernandam etiam ex causa necessitatis, quamvis olim propter necessitatem, & defectum Clericorum secularium antiqui Canones ex dispensatione permitterent Monachos ad ecclesias assumi, quod hodie cessat cum Clerici seculares non desint. Alij demum alia sentiunt, quorum opiniones referunt Anton. de Butr. in d. cap. Monachi, num. 16. & plura hæc de re habentur in decis. Rotæ 254. relata à Panorm. in d. cap. Quod Dei timorem, num. 7. de Stat. Monach. Aliàs est decisio 262. incip. In religioso, & est supra de interpret. in nov.

Verum hæc opinio varietas, ut diximus procedit tantum in Parochialibus secularibus à monasterio distinctis. At verò si cura populi incumbat ipsi monasterio ubi est Congregatio Monachorum, ut in casu de quo agitur, conveniunt omnes Monachum claustralem non posse ad eam curam assumi, quia de hoc est textus clarus hic. Quem ita intelligunt glos. & DD. ut per Butr. num. 6. vers. Oppono.

Non obstat si dicatur: Si in ecclesijs secularibus à monasterio distinctis Monachus præfici potest curæ saltem cum locio ordinis, ut in d. cap. Monachi, & cap. Quod Dei timorem, scilicet de Statu Monach. fortius debet posse assumi, & curam exercere in proprio monasterio, cum hoc casu concurrat favor ecclesiæ, & cura animarum, & habeat nedum locum, sed locios. Item magis obligatur monasterio suo, quam ecclesiæ seculari. Ergo longe magis est cenicendus idoneus ad curam imminuentem proprio monasterio, quam ecclesiæ foris sitæ.

Id inquam non obstat; nam ut Monachus claustralis præfici possit curæ monasterio incumbenti peculiarem habet rationem, ne scilicet inter illos de Congregatione notetur diversitas, & regulariter viventes habeant occasionem vagandi circumcundo Parochiam, ut ait hic Butr. in 2. not. ab. post glos. in ver. Monachos, nevé habeant materiam visitandi domos mulierum pro confessionibus, & alijs secundum Abb. num. 6. Unde Eugenius Papa: Nullus inquit Monachorum præsumat penitentiam dare, neque baptizare, neque infirmum visitare, neque mortuum sepelire, neque ad ecclesiam seculari transferre; Sit claustrum suum contentus, quia sicut piscis sine aqua caret vita, ita sine monasterio Monachus. Sedeat itaque solitarius, & taceat, quia mundo mortuus est, Deo autem vivit: Agnoscat nomen suum; Monos enim Græcè, latine est unus, a chos Græcè latine tristem sonat, inde dicitur Monachus unus tristis. Sedeat ergo tristis, & officio suo vacet, ut inferitur in c. Placet, 16. §. 1. Quæ prohibitio habent etiam in Nicæna Synodo relata in c. 1. eodem can. & quæst. in cap. Monachus, & cap. Alia causa, ubi refertur illud S. Hieronymi: Monachus non doctus, sed plangens habet officium, & alia causa est Monachorum, alia Clericorum. Clerici pastorem oves, ego pastor.

Sed obijciat, Major videtur indecentia, ut Mo-

nachus eximatur à monasterio, & degat inter seculares, quam ut existens in monasterio exerceat curam nomine Collegij, nec per hoc notatur diversitas, quamvis facit cuius nomine sit, ut in c. Cum quis de sent. excomm. lib. 6. & in cap. Cum venissent, de infir. Quibus fundamentis Abb. hic n. 5. vers. Sed ego non possum, dicit se non posse concipere quomodo hæc facilis ratio, ne scilicet in Congregatione notetur diversitas, sit sufficiens ad impediendum privilegium tributum curæ, & propterea dat novum intellectum ad hunc textum, ut scilicet procedat secundum jura antiqua & consideratio merito statu religiosorum. Nam regulariter Monachus secundum cum non debet præfici curæ etiam Ecclesiæ seculari, sed propter necessitatem fuit institutum ut posset præfici, & ita propriè debet intelligi hæc decretalis, sed in defectum secularium satis potest sustentari primus intellectus glossæ, ut scilicet Monachus præfici possit curæ si eligatur à populo, & ab Episcopo instituitur.

Ceterum salvando communem intellectum responderi potest imò magis indecens esse, ut per singulos dies exeat à monasterio, & circumeat parochiam Monachus vivens in Congreg. quam vel semel tantum Monachus eximatur à claustris, & præficiatur parochiali seculari, sicut videmus magis repugnare S. Canonibus, ut Monachus quam diu remanet Monachus sit solutus à voto paupertatis, vel castitatis, quam ut prolixè eximatur à regula, & demonacho efficiatur non Monachus: unde secundum opinionem Vincentii, & Jo. in hoc secundo casu dispensat Papa, non autem in primo, ut notatur in c. Cum ad monasterium in ult. gl. de Stat. Monach. Itè quamvis per fictionem, seu intellectum juris omnes Monachi censentur exercere curam, eo quod exerceatur per monachum nomine totius Collegij, & secundum hoc non videatur inter eos esse diversitas, tamen veritate inspecta negari non potest quin inducatur difformitas in vita monastica, quia revera unus tantum vagatur & discurrat inter seculares; reliqui vero vivunt in claustris in silentio, & solitudine, quod repugnat S. Canonibus, quia dignum est, ut qui similem cum alijs vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam, ut in cap. Recolentes, infir. de Stat. Monach. Neque hæc ratio est levis, seu facilis, ut dicit Abb. imò est gravis, & fortis, qui absconum est, ut Monachus in claustrum cum cæteris convivat, & eorum usibus & institutionibus se non conformet, ut ibi, Turpis est enim omnis pars suo non congruit universo c. Que contra mores, 8. dist. Holtien. in d. c. Recolentes, num. 12. Præsertim verò non debeat solus exire, sed cum locio sui ordinis, ut in d. c. Monachi, & cap. Quod Dei timorem, de Stat. Monach. & in cap. infir. eod. posset modo unum, & modo alium sibi locum ad jungeres; quod esset occasio illis de Congregatione vagandi extra claustra, & domos mulierum visitandi: unde plurimum relaxari posset rigor monasticæ disciplinæ: nec favor curæ in hoc debet attendi, quia æque bene, & magis congruè potest illi satisfieri per Presbyterum secularem, ut hic. Tene igitur in monasterijs ubi est Congregatio monachorum curam populi non incumbere Abbati, vel ipsorum collegio, sed ecclesiæ, seu monasterio; & propterea exercendâ esse

per clericum secularem, non autem per Monachum: & ita intellige hunc textum prout DD. communiter intelligunt.

Quod si insistat: saltem penes Abbatem residere curam habitualement, cujus ratione obligatur ad residentiam ut in parochiali habitu censent Innoc. Abb. Antiqu. Calderin. Jo. Andr. Anchar. & Imol. in cap. De multis, de prob. Archid. & alij in c. Licet canon. de elect. in 6.

Respondetur primò hanc assertionem quod cura habitualis sit penes Abbatem, nec jure, nec ratione ulla probari posse: quia cum Abbates, & Monachi claustrales nunquam habuerint curam actu, nec habere possint ob illorum incapacitatem, frustra esset potentia nunquam reducibilis ad actum, Host. in Summa, de panit. & remiss. §. Cui, Bald. conf. 377. Quæstio subtilis est, n. 4. vers. Quandoque significat, lib. 3. Nec refert quod reduci possit ad actum ex dispensatione Apostolica, quia quod potest per dispensationem dicitur fieri non posse, ut post Innoc. in cap. Pastor alius, de causa possess. & propter. in puncto de quo agitur tradit Abb. in d. c. Quod Dei timorem, num. 8. vers. Item adduco de Statu Monach. & propterea Butr. hic in 2. not. ab. dicit nec decens esse, nec possibile de jure communi, ut Monachus in Congregatione præficiatur curæ subiectæ ecclesiæ regulari.

Deinde respondetur contra doctrinam Innoc. & aliorum loc. cit. sentire glos. Host. & Butr. qui testatur de communi in d. c. De multis. Quapropter in hoc opinio non conficitur S. Congregatio aliàs approbavit sententiam mediam Collectarij in d. c. De multis, num. 6. quam & Rota sæpius sequuta est, distinguens an subit spes, ut habitus curæ brevi reducatur ad actum per reversionem Parochianorum, an non; ut primo casu teneatur Parochus ad residentiam, in secundo non teneatur; atque ita in specie respondit in causa cusjdam Parochi Illerden. diocesis. Sed & Gregorius XIII. dum olim respondit secundum sententiam Cancellarij appellatione parochialis comprehendit etiam illam que tantum habitu sit, eam rationem reddidit, quoniam in horas singulas potest fieri actu si revertantur Parochiani. At certum est nos versari in primo casu: siquidem nulla lubest nec subesse potest spes, ut habitus curæ ad actum reducatur stante juris prohibitione, & incapacitate Monachorum claustralium exercendi curam animarum monasterio incumbentem.

Certum est igitur ante commendam, quo tempore in monasterio erat Congregatio Monachorum curam non fuisse penes Abbatem, & Monachos, sed penes monasterium, idque expressè adnotavit Abb. hic n. 5. his verbis: Nam cura animarum non est collata ipsi Collegio Monachorum, cum sint ibi: non ut exerceant curam, sed regulariter vivant; unde cura est potius ecclesiæ ipsorum, sequitur Mandos. conf. 20. n. 9. & Rota in recent. decis. 53. n. 2. in fin. par. 2.

Atque hinc necessario sequitur ut idem sit dicendum posteaquam monasterium fuit commendatum, quia commenda statum beneficii non mutat, Sarnen. in reg. de infirm. quæst. 13. Pat. decis. 25. lib. 1. Cassad. decis. 5. de privil. num. 2. Rota decis. 587. num. 2. & decis. 4. per. 4. divers.

Quod adeò verum est, ut etiam per mille alios beneficia fuerit commendata semper, tamen remanserit in eo statu in quo erat ante commen-



dam, eaque cessante non dicatur vacare per obitum, sed dicitur antiqua vacatio quae erat tempore primae commendae, Gemin. post Ferder. de Senquem citat. *cap. 8. num. 8. vers. Quia non est necess.*

18 Et ob hanc rationem S. Congregatio alias respondit Archiepiscopum Vrbinaten. tanquam proximiorum posse quidem visitare Ecclesias territorij Abbatis Castri Durantis nullius Diocesis, sed Abbatis ipsam, quae regularis est non posse Archiepiscopum visitare, utrumque personis saecularibus commendari consueverit; nimirum quia Episcopus ex *cap. 9. sess. 24.* potest visitare Ecclesias nullius diocesis saeculares tantum, non autem regulares, & per commendam status regularis Abbatis immutatus non fuit.

Et propter eandem rationem S. Congregatio consulta An facultas univendi beneficia seminariorum quam habet Ordinarius vigore *cap. 18. sess. 23.* se extendat ad beneficia regularia conventu tamen carentia, & in commendam tradi solita, respondit non se extendere, quia scilicet per commendam non deseruit esse regularia.

19 Huius Conclusionis ratio est, quia commendatio non est verè, & propriè titulus, *cap. Qui plures, 21. q. 1.* ubi est text. quod nemo duas Ecclesias in titulum tenere potest, tamen potest unam in titulum, & aliam in commendam, & ita notat ibi Hugo, & Laurentius. Nec Commendatarius dicitur propriè Prelatus, sed quasi depositarius, & non habet proprietatem, nec possidet nomine proprio, *Rom. conf. 370. In casu. Socin. conf. 32. n. 7. lib. 1.* Inter Commendatarium, & Ecclesiam non contrahitur matrimonium, sicut inter Ecclesiam, & Abbatem, *Gemin. de conf. 8. nu. 5.* Et propterea tamquam possidens nomine alieno nullo unquam tempore potest praescribere, aut novum statum beneficio imprimere, *cap. Si diligenti, ubi Joan. Andr. & Abb. notant de rescript.*

Ideoque non intrat dispositio *cap. Cum de beneficio, de preben. in 6.* quia ille textus procedit in verò titularum, qui proprio nomine possidet, ut colligitur ex illis verbis: Saecularibus clericis institutis in eo Restoribus, & illic declarat glossa Archid. Joan. Monachi. Jo. Andr. ac ceteri.

Et quamvis commendatio nostrae temporis sint ad instar titularum, & iura omnia de titularibus loquentia habeant locum in his Commendatariis ut per Cassanensem qui examinat formulas in *Conm. consuet. Burgund. & dictum est supra.* Id tamen procedit potius per extensionem, & ex verisimilitudine, cum materia est favorabilis, quae ex proprietate, cum verè Commendatarij non possideant, nec habeant titulum; ita declarat Rota *decis. 760. lib. 3. par. 3. divers.*

Ex certè cum etiam monasteria, in quibus viget regularis observantia dentur in commendam perpetuam, ut colligitur ex *c. 20. sess. 25. de Regular. & patet hodie in monasterijs Cryptae Ferratae Ordinis S. Basilij, Fattensi, & Sublacensi Ordinis S. Benedicti, & Fosse Novae, Ordinis Cisterciensis, quae Cardinibus sunt commendata; utiq; si praeter Abbatem etiam Commendatarius esset ibi Prelatus, in eadem Ecclesia, vel monasterio essent duo capita contra text. in *c. In Apibus, 7. q. 1.**

22 & *cap. Quoniam in plerisque, 5. de offic. Ordin.* Et propterea Abbates tanquam Praelatos, & Sponsos Ecclesiarum in Synodis, & alijs publicis functionibus praecedere Commendatarijs censuit S. Con-

gregatio. Et alias cum Cardinalis Vercellen. obtinens in Commendam duas Abbatis habentes temporalem, & spiritualem jurisdictionem, & iura Episcopalia cum totali exemptione a jurisdictione Ordinariorum, adijisset S. Congregatione, ut sibi committerentur executiones litterarum Apostolicarum; Congregatio censuit verbum faciendum cum Sanctissimo, qui abnuit eam rationem adducens, quia privilegia sunt concessa Abbatibus, ipse autem est Commendatarius, & ex stylo Concilij commendatio, & titulus accipiuntur, tamquam diversa, ut patet in *cap. 4. sess. 7. & cap. 17. sess. 24.* Ideoq; de iudicentia Commendatariorum quasi in decretis generalibus super residentia aiorum titularium non essent inclusi, Patres ediderunt speciale decretum in *c. 22. sess. 6.*

Hec igitur conclusio, quod commendatio etiam secundum formulas hodiernas non mutat statum beneficij verissima est, & receptissima tam apud scribentes, quam in S. Congregatione, & in Rota. Et propterea hinc necessario inferitur, ut cura animarum non residat penes Commendatarium, sicut non residet penes Abbatem, in cuius locum Commendatarius est subrogatus.

Quod si urgeas, Idcirco ante commendam curam non incumbat Abbati, quia repugnabat ejus statui curam animarum exercere, ut dictum est supra. Hoc autem impedimentum cessat post commendam, quia Commendatarius tanquam saecularis non prohibetur curam animarum exercere per seipsum; ergo et dispositio cessare debet quam rationem in puncto consideravit Rota contra Cardinalis Milino in *Tudertina Prioratu.* Respondetur hanc rationem impedimenti cessantis hoc casu non valere, quia cum Commendatarius successerit in locum titularis incapax curae animarum non habetur ratio capacitatis ipsius Commendatarij, sed Abbatis sumtaxat cujus vices Commendatarius gerit per regulam subrogatorum, quae procedit etiam quoad iura personalia juxta text. in *l. fin. ubi Bart. d. cap. proximo. sac. scrib. lib. 12.*

24 Exemplum clarum patet in concursu; nam monasteria, quibus cura animarum incumbit non subjacent huic formae, quia quae praescribuntur a Concilio in *c. 18. sess. 24. de editis proponendu.* & de quibuscumque addere volentibus observari non possunt inter regulares tanquam Praelatis obedientiaris; tamen quamvis haec ratio cesset cum monasteria commendantur clericis saecularibus, inter quos servari potest forma Concilij; nihilominus S. Congregat. articulo diligenter discusso in causa Tudertina Prioratus hanc rationem Rota infirmam existimavit, censuitq; eo casu non requiri hanc formam examinis per concursum; quam de illatione approbavit Clemens VIII. Similiter S. Congreg. nulla habita ratione impedimenti cessantis alias declaravit Commendatarium monasterii curam animarum habentis curam exercere per clericos saeculares non posse cogi accedere ad Synodum diocesanam Episcopi, sed fat esse, ut ad eam mittat clericum qui curam exercet: ergo eodem modo quamvis in Commendatariis cesset ratio incapacitatis curae; tamen quia commendatio statum non mutat, Commendatarij obstringi non debet ad onus exercendi curam, ad quod titularis non tenebatur; nam jura loquentia de Monachis habent etiam locum in hujusmodi Commendatariis.

datarij. Prob. in d. c. Nemo, n. 10. & 23. de elect. in 6. & dictum est supra.

Præterquod quod decisio Rota loquitur in terminis longè diversis, videlicet in commenda Parochialis, seu Prioratus à monasterio distincti, juxta text. in *c. Nemo de elect. in 6.* Atque ita in casu decisionis cura incumbat Priori. Unde non procedit nisi in casu, in quo etiam beneficium quod commendatur, si conferretur in titulum prorsus cogi posset ad curam animarum per seipsum exercendam.

25 Non obstat quod cum in dictis monasterijs cura animarum pleriq; exercetur per Vicarios ad nutum amovibiles, id arguit curam esse penes deputantem; & sic penes Commendatarium, ad quem jus deputandi pertinet, sicut pertinebat ad Abbatem in Ecclesia sibi pleno jure subjecta juxta distinctionem Archid. in *cap. De Capellis 16. q. 2. Host. Jo. Andr. & Buttr. his.* Respondetur enim id non procedere in deputante, qui sit prohibitus curam exercere sicut est Abbas per jura superius allegata; vel succedit prohibito sicut est Commendatarius. Praeterea verò quia Innoc. IX. olim Cardinalis SS. Quatuor adnotatum reliquit in *c. 5. & 8. sess. 7. Concilij Tridentini in monasterijs à prima institutione curatis habere locum dispositionem c. 11. sess. 25. de Regular. & cura per Vicarium amovibilem exerceri possit, & testatur ita per S. Congreg. fuisse resolutum. Unde patet ex eo quod Vicarius sit amovibilis, non bene inferri ut cura non incumbat monasterio.*

Cum igitur ex praesentibus liquet evidenter curam animarum incumbere monasterio, non autè illius Abbati; ac proinde nec Commendatario qui in Abbatis locum succedit, necessario sequitur ut intret decisio. S. Congregat. superius releta, n. 6. atq; à Gregorio XIII. approbata ut scilicet Commendatarij non teneantur residere. Inanis enim esset residentia eorum qui deservire non tenentur, *cap. Qui nulli, & c. Congreganti de Cler. non resid. Cardin. Turrec. in c. Pervenit, n. 2. 7. q. 1. Jo. Andr. in d. c. Licet Canon. n. 4. de elect. in 6. Abb. in cap. Non liceat, n. 8. de Cler. non resid. Cigas de residentia Episcopi c. 3. n. 3.*

Quibus accedit communis observantia. Nam ejusmodi monasteria passim commendantur Cardinalibus, & Praelatis, qui non resident, nec curam exercere per seiplos. Quod arguit curam eis non incumbere, ut per gloss. in *Clem. Dudum. §. Statutus in verb. Impendant. de Sepultur. & ibi Cardinal in §. Ac inde, num. 9. Vitalin. in §. Verum, n. 3. & seq. Abb. in cap. Dudum, il secundo, num. 8. & 9. de elect. & in cap. Demulta, num. 24. de preben. Dec. in cap. Ad aures, nu. 19. de rescript. vers. Et Curatum, late Sarnon. in regula, de idiomate, q. 11. Nam illi quibus hujusmodi cura incumbit, tenentur deservire per seiplos eum sit electa industria persona, *cap. Cum sit de at. & qualis. Archid. in cap. Sacerdotibus, 11. q. 1. Abb. in d. cap. Non liceat, num. 8. Dec. in cap. Cum omnes, in secunda lect. in 1. notab. de Constit.**

28 Alioquin praesumeremus delictum in omnibus Commendatarijs, in Ordinarijs, & Visitationibus Apostolicis, qui hoc viderunt, permiserunt, & approbarunt; cum tamen ubi actus potest referri ad bonum, & malum, sed causam permissam, vel non improbatam semper referri debeat ad bonum, & praesumatur legitime factum, *l. Merito, ff. pro So-*

cio. Abb. in d. c. Non liceat de Cler. non resid. Dec. in cap. In praesentia, n. 52. de probat.

Ex quibus omnibus videtur posse generaliter responderi si monasteria sint ordinis S. Benedicti, vel S. Basilij, & dentur in commendam; quamvis habeant curam animarum personarum saecularium Commendatarios non teneri in eis residere, aut curam animarum per seiplos exercere, sed eam curam esse per vicarios Presbyteros saeculares exercendam, quemadmodum in aliquibus casibus particularibus jam respondit S. Congreg. & praeterea in causa inter Episcopum, & Commendatarium monasterij S. Benedicti Terrae Gualdi Nucerinæ Diocesis. Et ita responsum.

De Capellis Monachorum.  
Cap. Ex parte.  
S V M M A R I U M.

- 1 Constitutio edita à Papa in Concilio an dicatur Conciliaris, quoad hoc ut contraria rescripta, vel privilegia non valeant, nisi Concilio fuerit derogatum, & num. seq. usque in finem.
- 2 Constitutionibus Papae, vel decretis alibus episcopalis in privilegijs non est usus ut alienum derogare, & in rescriptis sufficit derogatio generalis.
- 3 Declaratur, n. 21.
- 4 Privilegium est lex privata, & contra ius commune, & ex sui natura derogat legi.
- 5 Clausula derogatoria, non obstante, non requiritur quando Princeps rescribit per viam privilegij, ibidem vers. Ac propterea.
- 6 Rescriptum contra legem regulariter non valet, non tamen requiritur specialis derogatio, sed sufficit generalis, nisi sit conciliaris.
- 7 Constitutiones editae à Papa in Concilio appellantur simpliciter Constitutiones Papae.
- 8 Contrarium, n. 1. Declaratur, n. 21.
- 9 Episcopi non habent facultatem dispensandi contra Constitutiones Conciliares, sicut nec Legati.
- 7 Secus si Constitutiones sint editae à Papa in Concilio.
- 8 Contrarium, n. 22.
- 9 Concilia generalia habent tacite clausulam annullativam eorum, quae in contrarium sunt, & num. 26.
- 9 Concilio generali in contrarijs rescriptis, & privilegijs cur debent specialiter derogari.
- 10 Concilium unde dictum.
- 11 Humani moris est illum veteri, cuius voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur.
- 12 Papa sententia pro alet discrepantium sententijs inter Papam, & Concilium.
- 13 Intellectus cap. Nonnulli, de rescriptis, & n. 26.
- 14 Constitutionibus Conciliaribus debet specialiter derogari in contrarijs privilegijs, & litteris gratiae, & num. 27.
- 15 Canones editi à Papa in Concilio dicuntur Conciliares quoad effectum derogationis, & num. seq.
- 16 Intellectus cap. Eam te, de stat. & qualis.
- 17 Constitutiones editae à Papa, & Concilio simul sunt maioris auctoritatis, quam Constitutiones, solius Concilij.
- 18 Collatio Apostolica facta pupillo coram Papa existens de dig.



- de dignitate Cathedralis ecclesie, non tenet, nisi in litteris fuerit derogatum contrarijs Constitutionibus editis à Papa in Concilio.
- 19 Privilegium exemptionis à decimis prædialibus concessum religiosis Societatis Iesu absque derogatione, cap. Nuper, de decimis, validatur à Gregorio III.
- 20 Constitutio edita à Papa Saero approbante Concilio dicitur Conciliaris.
- 21 Constitutiones in Concilio edite sunt nomine Papæ, & ab ipso tanquam digniori, & principaliori sunt denominandæ.
- 22 Cardinalium votis dispensare non potest contra Constitutiones editas à Papa in generali Concilio.
- 23 Episcopus dispensare non potest cum sibi subdito vero bigamo ad primam nupsuram, & beneficia sim, plicia.
- 24 Papa presentia in generali Concilio Patrum libertatem non minuit in sententis preferendis. Viennensis Concilij tractatus ad clamorem Ioan. Andree ibi.
- 25 Constitutio edita à Papa contradicente Concilio valet, sed non est Conciliaris, nec eget speciali derogatione in contrarijs scriptis, & privilegijs.
- 26 Verborum inculcatio etiam superflua admittitur ad tollendam sophisticam malignorum interpretationem.

**E**X PARTE. Non valet rescriptum impetratum per Monachos, ut soli maneat in capellis, si de lateranensi Concilio non facit mentionem. Hoc dicit. Dividitur in duas partes; in prima ponitur consultatio; in secunda responsio ibi, Cum autem.

Nota primò Monachos non debere singulis in Prioratibus, seu capellis commorari, ut hic, & infra in cap. proximo, etiam si facultates monasterij pluribus aliendis non suppetant, ut in vers. Si pluribus. Nec obstat c. 1. supra de instit. quia loquitur in Conventualibus, qui non debent in monasterijs constitui in majori numero, quam reditus monasterij patiantur; concordat Concilium Tridentinum in cap. 3. vers. In prædictis, sess. 25. de Regular. Item non obstat cap. Auctoritate, de instit. & c. Quoniam de vita, & honest. Cleric. quia hæc jura loquuntur in clericis secularibus, qui in ecclesijs institui non debent ultra modum facultatum secundum Hoff. hic n. 1.

Secundò nota ibi, nulla mentio. Litteras Apostolicas contra generale Concilium non valere nisi de Concilio fiat mentio; & in hoc est textus apertus hic, qui non habetur alibi ita clarè. Ad idem cap. Eamte, supra de arar. & qualis. & est receptissima omnium sententia, ut dicam infra num. 14.

**Q**UÆRO, An Constitutio edita à Papa in Concilio dicatur Conciliaris quoad effectum, ut contraria rescripta, vel privilegia Apostolica non valeant, nisi Concilio fuerit specialiter, & expressè derogatum.

Hæc investigatio ad multa prodesse potest in practica nam ferè innumeræ sunt decretales editæ à Summis Pontificibus in Concilijs generalibus, & in specie Constitutiones pleræque insertæ in Clementinis tribuuntur Clementi V. in generali Concilio Viennensi, & septuaginta capita Concilij Lateran. IV. in corpore juris clausa

ferè omnia tribuuntur Innoc. III. in generali Concilio ut in c. 1. in inscript. & ibi dixi in prin. sup. de summa Trinit. & sibi, Cath. in c. Quidam de renunc. in cap. Vt debetur, cum duob. cap. segg. infra de appell. & passim alibi. Unde plurimum interest scire an rescripta, indulta, & privilegia, quæ aliquando ex iustis causis conceduntur à Sede Apostolica contra hujusmodi decretales, sint irrita ex defectu specialis derogationis.

Opinionis negativæ videtur ad hæretic. Dec. in cap. 1. de iudic. ubi postquam in principio firmavit Constitutionem censori Conciliarem, quando editur immediate à Concilio generali, secus verò si cadatur à Papa in Concilio, n. 8. dicit hanc investigationem non esse sine effectus, quia Constitutioni Concilij non ita de facili derogatur: non enim tollitur à summo Pontifice per clausulam generalem, Non obstante, ut est dictum notab. Archid. in cap. 1. de Const. lib. 6. Decret. ergo Decius Constitutionem editam à Papa in Concilio non censori Conciliarem quoad effectum derogationis. Idem ante eum apertius tenet Cardin. in Clem. 1. col. 3. vers. Tertio quero, de censib. ubi post Lapum concludit valere privilegium concessum religiosis contra dictam Clementinam; licet de illa non faciat mentionem; secus si daretur privilegium religiosis Mendicantibus contra c. unicum, de excess. Pralat. lib. 6. Non facta mentione de illo capitulo, quia non tenetur; & hoc quia ibi exprimitur, ut in privilegijs, & confessionibus, Apostolicis debeat fieri plena, & expressa mentio illius prohibitionis. Atque ita Lap. & Card. censent illi Clementinæ, quæ edita fuit à Clem. V. ut Concilio Viennensi non esse derogandum in privilegijs, sicuti est derogandum Constitutionibus habentibus clausulam derogatoriam ad contrarias futuras dispositiones; quamvis revera Lap. & Cardin. non considerent dictam Clementinam tamquam editam à Papa in Concilio, neque ad id advertant, sed illam considerent tamquam jus commune, dum subdunt privilegia derogare juri communi, etiam non facta de ipso mentione.

2 Probari potest primò hæc sententia, quia Constitutionibus Papæ, vel Decretalibus epistolis in privilegijs Apostolicis non est opus illatenus derogare; & in rescriptis, & litteris gratiæ sufficit derogatio generalis. Sed Constitutiones editæ à Papa in Concilio sunt Constitutiones Papæ; ergo illis non est opus ut supra specialiter derogare.

3 Major patet quoad primam partem, quia privilegium est lex privata, & contra jus commune, cap. Privilegia, 3. dist. gloss. 1. in cap. 1. & gloss. fin. in cap. fin. supra de rescript. & sic de sui natura derogat legi, & debet aliquid operari ultra jus commune etiam non exprimat, cap. In his, de priv. cap. Abbati, vers. quia cum privilegium, de verbor. significat. gloss. fin. in cap. fin. de transi. Episc. & gloss. in c. Casam in ver. Præcedat, de rescript. Ac propterea quando Princeps rescribit per viâ privilegij: non esse necessariam clausulam derogatoriam Non obstante, scripsit Hostien. in summa in tit. de rescript. §. Quasi vires, in 4. col. vers. Sed potest distingu. lo Andr. & Gemin. in cap. unde de excess. Pralat. lib. 6. Cardin. post Lap. in dicta Clem. unica in 3. quæst. de censib. Mil. in reposit. in ver. Privilegium, in 3. col. Idem tenet Bald. in l. Item Lapilli, in 2. col. num. 8. vers. Ego dico, ff. de ver. divis. dicens eo ipso, quod Princeps vocat ipsum

sum privilegium, & bullatur bulla privilegiorum, non esse necessariam aliam clausulam, quia facta apparet eum velle infringere jus commune, per l. Quidam consulens ff. de re iudic. & dictum Baldi sequuntur Martin. Laudens. in tract. de priv. §. 39. & Felin. in cap. Nonnulli, num. 11. vers. Fallit secundò prædicta regula, de rescript.

4 Quo verò ad secundam partem ejusdem propositionis quamvis rescriptum contra legem etiam non habentem clausulam derogatoriam regulariter non valet, sicut pro regula supponunt Joan. Andr. Gemin. & Anch. in c. cap. unico, de excess. Pralat. lib. 6. & Felin. in d. cap. Nonnulli, num. 9. vers. Secunda regula: tamen in eis non requiritur derogatio specialis, sed sufficit generalis, non obstante aliqua lege in contrarium, nisi lex esset Conciliaris, quia requireretur specialis derogatio. Ita post Archid. quem citat in cap. de Const. lib. 6. tradit Bald. in l. Humanum, num. 1. vers. Tertio nota, c. de legib. Joan. Andr. in d. cap. unico, & alij plures relati à Felin. in d. cap. Nonnulli, num. 10. vers. Fallit novem modis, de rescript.

5 Minor probatur in cap. Statutum, de elect. lib. 6. ubi cap. Licet canon, eod. tit. lib. 6. editam à Gregorio X. in Concilio Lugdunensi, appellatur simpliciter Statutum Gregorij X. Ad idem est text. in d. cap. Licet canon, ubi canon editus ab Alexand. III. in Concilio Lateranensi relatus in c. Cum in cunctis, de elect. dicitur similiter canon editus ab Alexandro III. absque ulla Concilij mentione: & idem habetur in cap. 4. sess. 7. Concilij Tridentini, ubi Constitutio, c. De multis, de præb. quæ ut patet ex illius inscriptione edita fuit ab Innocentio III. in Concilio generali appellatur Constitutio Innocentij nulla facta mentione Concilij.

Quinimò quamvis Constitutiones fere universæ insertæ in Clementinis editæ fuerint in generali Concilio Viennensi, & nonnullæ ipsarum inseribantur, Clemens V. in Concilio Viennensi, & nonnullæ, idem in eodem: tamen pleræque inseribuntur simpliciter per dictionem, Idem: & in specie sic inseribitur Clem. Quia contingit, de relig. domib. licet in corpore dicatur edita hoc sacro Concilio approbante: ergo Constitutiones editæ à Papa in Concilio sunt simpliciter, & absolute Constitutiones Papæ.

6 Secundò principaliter probatur eadem sententia, quia Episcopi facultatem non habent dispensandi contra Constitutiones Conciliares, gloss. in cap. Non dilectus, in ver. In arate, & ibi Abb. in 5. col. num. 10. de elect. gloss. in cap. Quisquis, in ver. Fiat, eod. tit. Idem Abb. in cap. Significasti, in 2. col. eod. & in cap. At si clerici, §. De adultarijs, infra hoc tit. Felin. in cap. Nonnulli, num. 3. de rescript. Quæ admodum nec legatus, cap. Dilectus, in primo, infra de præb. juncto cap. 2. de concess. præb. 7 Felin. ubi supra. Sed contra Constitutiones editas à Papa in generali Concilio Episcopi ex urgenti causa possunt dispensare, ut per Felin. in cap. 1. num. 7. vers. Ex quo colligi potest, infra de spons. 8 & Dec. in cap. 1. num. 9. de iudic. Ergo Constitutiones editæ à Papa in generali Concilio non censentur Conciliares quoad effectum dispensationis: & consequenter neque ad effectum derogationis. Etenim tam impotentia dispensandi, quam necessitas derogandi provenit ex eo, quia Concilia generalia habent tacitè clausulam annullativam eorum, quæ in contrarium sunt,

Archid. in cap. 1. in ver. Noscatur, in su. ibi: vel dic plenius de Const. lib. 6. Bald. in l. Humanum, in 3. not. c. de legib. Oldrad. cons. 326. Quod articuli, & cons. 328. Ad idem Felin. & post alios in d. cap. Nonnulli, num. 2. vers. Et nota quod omni Constitutione, de rescript.

9 Tertio generalibus Concilijs in contrarijs privilegijs, & litteris gratiæ debet specialiter derogari ob rationem naturitatis, & ponderis, quam in se habere præsumuntur Constitutiones originatæ à Concilio propter concursum multarum intentionum in idem cap. De quibus, 20. dist. & cap. Prudentiam, cum ibi not. de offic. deleg. Olai ad dicto cons. 326. num. 1. Dicitur enim Concilium à con. & cilium, quia ibi omnes congregantur, ut conveniant, sicut cilia oculorum dum clauduntur conveniant, secundum Hugon. & Archid. in cap. Canones, num. 1. 15. dist. At hæc ratio, ut observat Felin. in d. c. 1. num. 5. vers. Ex quo colligi potest, de spons. cessat in his, quæ à Summo Pontifice proponuntur in Concilio, in quibus non videtur esse tanta maturitas, & libertas ad deliberandum; tum ob illius reverentiam, cap. 116. qu. 2. ibi: Humani moris est illius vereri, cuius iudicio, & voluntate nunc erigitur, nunc deprimatur, & cap. 1. §. 2. q. 2. ibi: Voluntatibus obedire reverentia exigente compellitur: notat Innoc. & Bald. in cap. Quod super his, de maior. & obed. 12 Tum quia discrepantibus sententijs inter Papam, & Concilium, prævalent sententia Papæ, gloss. in cap. In ista, 4. dist. in ver. Iudicent. gloss. in cap. Quodcumque, 2. 4. q. 1. Felin. in cap. 1. num. 1. de Pæd. & in cap. 1. num. 14. in 3. ampl. de Const. & dixi latius in d. cap. 1. de Pæd.

13 Ultimò pro hac sententia videtur text. in d. c. Nonnulli, de rescript. ubi statuitur, ut non valeant rescripta, quæ à Sede Apostolica impetrantur à partibus contra illam Constitutionem de duabus dicitur editam ab Innoc. III. in generali Concilio, nisi ejusdem constitutionis fecerint expressam mentionem. Hæc enim clausula esset superflua si Constitutio ex hoc ipso quod edita esset in Concilio generali, haberet clausulam derogatoriam ad contrarias futuras dispositiones. Atque ita hunc textum licet ad alium affectum, expendit ibi Felin. lib. 1. 31. vers. Tertio, quod si illud esset verum.

Sed his non obstantibus adhuc contrariæ opinioni ex fundamentis inscripsit.

14 Et primò quia Constitutionibus Concilij generalis in contrarijs rescriptis, & privilegijs Apostolicis debet expressè, & specialiter derogari, alioquin non valent, text. est hic, ubi notat gloss. in ver. Nulla mentio, & fuit sententia Archid. in d. cap. 1. de Const. lib. 6. in ver. Noscatur, sub num. 2. quem ibi sequuntur Joan. Monach. Joan. Andr. Gemin. Anch. & alij communiter, imò totus mundus, ut inquit Felin. in d. cap. Nonnulli, num. 3. de rescript. Non quidem ex defectu potestatis, sed voluntatis, ut notat Gemin. in d. c. 1. in 6. col. vers. Ego credo, Oldrad. cons. 326. num. 4. & cons. 328. n. 1. Felin. in d. cap. Nonnulli, num. 5. in 6. ampliat. & ibi latius scripsi num. 34. & 44. Sed Constitutiones editæ à Papa in Concilio dicuntur Constitutiones Concilij generalis: ergo illis debet expressè, & specialiter derogari.

Probatur minor per textum in cap. Immutat. de elect. in illis verbis: (Canon Lateranensis Concilij ab Alexandro Prædecessore nostro editus), quæ ostendunt



ostendunt Canonem editum à Papa in Concilio appellari Canonem Concilij. Idem apertius probatur in cap. *Ecclesia vestra*, & *Secundo*, eodem tit. ubi Constitutio edita ab Innoc. III. in Concilio generali cap. 24. de qua in cap. *Quia propter*, de elect. appellatur statum generalis Concilij nulla facta mentione Pontificis, ut ibi Statutum generalis Concilij id est d. cap. *Quia propter*, secundum expositionem gloss. & Doct. Ad idem sunt text. in cap. *Quinquaginta*, & in cap. *Si cui*, eod. tit. lib. 6. cum concord. Quinimo Constitutio Clem. 1. 8. cum concord. 3. Quinimo Constitutio Clem. 1. 8. de stat. & qualis, tribuitur simpliciter Clementi V. absque mentione Concilij, ut patet in illius superscriptione; & in corpore similiter de Concilio nulla fit mentio, & nihilominus quia fuit edita in Concilio Viennensi, Tridentina Synodus illam innovat & simpliciter appellat Constitutionem Concilij absque ulla Pontificis mentione in c. 4. sess. 22. ibi: iuxta Constitutionem Concilij Viennensis, quæ incipit, *Ut in*, & eodem modo appellat Clem. *Quia contingit*, de relig. domib. in cap. ult. sess. 7. & in cap. 8. sess. 25. Et propterea Hostien. in cap. *Cum laici*, de reb. eccl. non alien. dicit illud capitulum esse Concilium generale, & ideo observandum sicut Evangelium, juxta c. *Staur*, 15. dist. & tamen fuit editum ab Innoc. III. Sacri approbatione Concilij, ut illic patet in fine.

16 Secundò pro hac sententiâ videtur text. in falor. irrefragabilis in cap. *Eam res*, de stat. & qualis, ubi inhihibetur, ut etiam litterarum Apostolicarum obtentu ad regimen Ecclesiarum non instituantur, nisi habentes qualitates à Concilio requisitas. Pondero enim primo verbum, *Concilio*, quod secundum gloss. & D.D. refertur ad Constitutionem, cap. *Cum in cunctis*, de elect. quæ edita fuit ab Alexandro III. in Concilio Lateranensi, ut constat ex illius inscriptione, & tamen idem Alexander illius conditor in d. cap. *Eam res*, illam appellat simpliciter Concilium. Deinde, & fortius ponitur verba illa, litterarum nostrarum obtentu, quæ clarè ostendunt non valere litteras Apostolicas contra Concilium, ut ex eo textu Doctore, communiter colligunt. Ergo si pro Concilio intelligitur ibi Decretal. Cum in cunctis, quæ edita fuit à Papa in Concilio, ut supra proximè dictum est: necessariò sequitur, ut litteræ Apostolicæ non valeant contra Constitutionem editam à Summo Pontifice in Concilio: intellige nisi Concilio fuerit specialiter derogatum, juxta text. in d. c. *Nonnullis*, & ibi Felin. n. 2. de rescript. in c. *fin. eod. tit. lib. 6.* & in cap. *unico* ubi Joan. Andr. Gemin. & D.D. de excess. Prælat. eod. lib. Non enim negatur potentia derogandi, ut inquit Gemin. in c. 1. col. 6. vers. *Ego credo*, de Const. lib. 6.

17 Tertiò probatur hæc sententia, quia præsentia Romani Pontificis non minuit, sed auget robur, & auctoritatem decretis, quæ sunt in generali Concilio, arg. c. *Significasti*, de elect. Majoris enim auctoritatis sunt Constitutiones Papæ cum Concilio, quam Constitutiones solius concilij, ut not. in c. *Cum dilectus*, eod. tit. & patet ex traditis per Abbatem in cap. 1. in ult. not. supra de pact. & per Felin. in cap. 1. n. 4. vers. *Et ideo Dominus Abbas*, inf. de spons. Ergo si decretis à solo concilio editis oportet specialiter derogare, ut ostensum est supra, multo magis derogari debet decretis editis à Papa, & concilio simul, facit text. in c. *Medicamentum*, de parit. dist. 1. & in c. 1. supra de

esse habendam pro Conciliariis: respondit Gemin. conf. 44. *Dominus noster Papa Martinus*, num. 7. ubi sic ait. (An Papa, qui non intendit tollere Constitutiones Concilij Constantiensis, nec contra illas facere, dicatur contra facere si concedit novam exemptionem non servata forma illius Constitutionis, & dico quod Papa non debet facere contra Constitutiones Concilij; nam prima pars illius Constitutionis quæ continet revocationem exemptionum, fuit facta per Papam sacro approbante Concilio, ut ibi patet circa fin. vers. *Sacro*, &c. Unde respectu illius partis dici debet Conciliaris; quia omnia nostra facimus, quibus auctoritatem impartimur, cap. *Si Apostolicas*, & cap. *Si cum*, de prob. lib. 6. & l. 1. C. de veter. iur. enuel.) Hæc Gemin.

Nec contrariam tenet Jo. Mon. in cap. *Vbi periculum*, num. 2. in verb. *Concilio*, de elect. Non enim dicit hæc verba, *Sacro approbante Concilio*, non probare Constitutionem fuisse editam in Concilio, prout illum referunt Gemin. ibi in fine vers. *Quero ultima* an hæc Constitutio fuerit edita in Concilio, & Felin. in cap. 1. num. 7. in fine vers. *Et unum nota*, de spons. Etenim verba Jo. Monach. hæc sunt: *Gregorius consensum Cardinalium in hoc casu non habuit, sed approbationem Prælatorum existentium in Concilio requisivit, & habuit*, & ita fideliter eum refert Jo. Andr. num. 2. in verb. *Approbante*.

Qui amplius miratur de Guil. qui dixit prædictam Constitutionem, ubi periculum, cap. *Litet*, extra eod. & cap. *Si Canonici*, de off. ordin. lib. 6. edita fuisse per Concilium. Quia licet de ultimo possit verum dicere, cum non habeat illa verba, *approbante Concilio*, tamen de aliis non. Itaque Ioan. Mon. & Joan Andr. tantummodo sentiunt Constitutionem editam approbante Concilio non censeri editam à Concilio, quod & nos affirmamus; quia hoc casu Constitutio editur nomine Papæ, non autem Concilij. Sed non dicunt Constitutionem non esse editam in Concilio, quia contrarium apparet ex eodemmet. c. *Vbi periculum*. Quod est si fuerit editum Concilio approbante, tamen inferibitur, Gregorius X. in generali Concilio Lugdunensi. Et eodem modo inferibuntur, cap. *Cum laici*, de reb. Eccl. non alien. c. *Antiqua*, de privil. cap. *Sacro approbante Concilio*, de sent. excomm. & alia complura. Idemque apertius convincitur ex Concilio Tridentino, c. ult. sess. 7. & cap. 8. sess. 25. ubi Clem. *Quia contingit*, de relig. domib. edita hoc sacro Concilio approbante, appellatur simpliciter Constitutio Concilij, ibi: *Constitutionis Concilij Viennensis*, quæ incipit *Quia contingit*. Undè merito Hostien. dicit d. cap. *Cum laici*, esse Concilium generale, ut dictum est supra, num. 15. vers. *Et propterea* Host.

21 Nec obstant fundamenta in contrarium adducta. Ad primum enim respondetur declarando majorem propositionem. Quod enim dicitur Constitutionibus Apostolicis nullatenus esse derogandum in contrariis privilegiis, & in rescriptis sufficere generalem derogationem, procedit si Constitutiones sint solius Papæ ut sunt Epistolæ Decretales, & extravagantes, ut per Gemin. d. conf. 44. n. 3. Et ita procedunt jura, & auctoritates in contrarium adductæ. At Constitutiones editæ à Papa in Concilio non sunt Constitutiones solius Papæ, sed Papæ & Concilij simul. Et quamvis sæpe appellentur simpliciter Constitutiones  
Prosp. Fagn. in 2. part. 3. Decretal. Tom. 5.

Papæ, ut in iuribus citatis, n. 5. hoc tamen procedit solum respectu denominationis: fateor enim Constitutiones in Concilio, cui Papa præfuit, nomine Papæ edendas esse, & ab eo tamquam digniori, & principaliori esse denominandas, nisi ipse ex humilitate consentiat, ut tribuantur Concilio, ut dixi latè in c. 1. supra de Prælat. Sed hinc non sequitur, quin sint Constitutiones Conciliares, quia ad hoc satis est ut in illarum editione Concilium quoque concurrat quoquo modo live præstando auctoritatem, live approbationem, live consensum, live consilium, secundum ea quæ scripsi in d. c. 1. in princ. & patet ex dictis supra n. 15. & seqq.

22 Ad secundum respondetur negando Episcopos posse dispensare contra Constitutiones editas à Summo Pontifice in Concilio generali. Contrarium enim colligitur ex Clem. Ne Romani de elect. ubi reprobat opinionem, quæ adtrebat cœtum Cardinalium posse dispensare contra Constitutionem editam à Gregorio X. in Concilio Lugdunensi. Et ita tenet gloss. in Clem. 1. in verb. *Eligatur*, eod. tit. per quam Abb. affirmat Episcopum non dispensare contra Concilium, id est contra Constitutionem editam à Papa in Concilio, de qua text. loquitur, & per hæc Felin. dicit se non aude- re primam opinionem firmare in d. cap. 1. num. 5. vers. *Sed in contrarium*, de sponsal. Addo text. ad quem si Felin. advertisset à priori sententia liberius discessisset, text. inquam, in Extravag. *Sanctæ Romana* 10. XXII. de religiof. domib. Ibi enim expressè deciditur Episcopos non posse dispensare contra Concilium, ut in vers. *Quidam autem*, ibi: *Quos nec eis* [id est Episcopis] vel eorum Superioribus concedere licuit contra formam Concilij generalis & tamen pro Concilio generali intelligit Constitutionem, c. *Ne nimia*, supra tit. proximo, quæ non fuit edita immediate à Concilio sed ab Innoc. III. in Concilio generali, ut ex illius inscriptione apparet.

Hinc etiam S. Congregatio Concilij declaravit Episcopum nõ posse dispensare cum sibi subdito vero Bigamo ad primam tonsuram, & beneficia simplicia, cum hoc adverteretur generali Concilio Lugdunensi, ut in c. *unico*, de Bigam. lib. 6. & tamen nec illa Constitutio emanavit à Concilio immediate, sed edita fuit in Concilio à Gregorio X. ut patet constat ex illius superscriptione.

An autem magna ex causa Episcopi possint dispensare contra generale Concilium, non est presentis indaginis, sed dixi in c. *fin. num. 3.* & num. 11. usque in fin. supra de fil. presbyt.

24 Ad tertium respondetur imò præsentiam Romani Pontificis in Concilio nullo modo minuire omnimodam libertatem, quam Episcopi habent proferendi sententiam, & ex actis Conciliorum constat etiam eo præsentate articulos fuisse summa cum maturitate, & deliberatione discussos; Et Episcopos quotiescumque oportuit, aut libuit libere contradixisse. Et in specie refert Jo. Andr. in c. *Inter cetera*, num. 13. de off. ordin. & plurcs clamasse in tantum quod factus fuit sermo in Concilio Viennensi, ut Curia Romana reciperet vigesimum reddituum Clericorum totius orbis ad sustentationem Papæ, & Cardinalium, & nihil exigi, vel recipi posset pro servitiis Prælatorum, quos promoveat, exceptis taxatis salariis laborantium, puta scriptorum, & similium, & tunc provideret Legatis, & Nunciis, quos mittit, de prædicta quo-



ta, & abstineret ab exactione fructuū primi anni, ex actionibus decimarum, & similibus, quæ tunc pullulabant: Sed prælati existentes in Concilio deliberant non facere. Et subijcitur rationem, quæ multum adstruit libertatem Patrum in Concilio, quam tamen consulto omittimus. Dicitur Jo. Andr. refert, & valde exaggerat Card. ibi circa med. Abb. num. 3. & Bellam. ad fin. In Concilio item Florentino, in quo præfedit Eugen. IV. apparentingentes Græcorum contradictiones; & tamen inter cætera agebatur de articulo, quo nihil magis interesset Eugenii. Nam ex erroribus Græcorum unus erat præcipuus, quod Ecclesia orientalis, & Constantinopolitana non esset sub Ecclesia Romana, nec Patriarcha Constantinopolitana esset inferior Romano Pontifice, & id ipsum constat ex historia, & Actis Concilij Constantinensis, in quo præfedit Martinus V. & in Concilio Lateranensi novissimo in præcipuo articulo abrogationis pragmatice sanctionis, quam Leo X. merito urgebat, eo quod Romani Pontificis libertati, & auctoritati enormiter detraheret, nõ defuit, qui contradiceret, ut patet *sess. 11. tom. 9. Concil. pag. 154. col. 1. littera F.* Quæ multo magis vendicant sibi locum stante antiqua, licet irrationabili, & erronea altercatione de Primatu, & Superioritate inter Papam, & Concilium, circa quam Platina in vita Jo. XXIII. relatus à Felin. in c. *Nomullis. n. 3. vers. Sed pro maiestate Papæ, de rescriptis.* dicit fuisse decimam in Concilio Constantiensi Concilium generale legitime congregatum habere statum potestatem à Christo, quo fundamento concessio, asseriebant Summum Pontificem eidem subijci. Quamvis hoc decretum nullum, atq; irritum fuerit ex defectu potestatis, ut dixi in c. *Significasti supra de elect.* ubi etiam retuli decisionem, cujus meminit Platina, & Felin. *locis citatis.*

25 Nec refert, quod in varietate opinionum prævaleret sententia Romani Pontificis. Nam si Pontifex decernat contradicente Concilio, decretum illud erit quidem validum, ut patet ex dictis, *num. 12.* Sed non erit Conciliare; & ideo non erit opus illi specialiter derogari in contrariis privilegiis, & litteris gratiæ, secundum ea, quæ dicta sunt supra in primo argumento contrario, *num. 1.* Quod si Concilium tandem consentiat Pontifici, jam constitutio erit quidem Conciliaris, sed potius edita cum majori deliberatione propter conflictum opinionum, *arg. l. fin. §. mixta, ff. de mun. & honor. & extrav. Quia nonnunquam, l. XXII. vers. Nos autem attendentes, de verb. signif. cum concord. de quibus, ibi per gloss. in verb. Aperitur, & in verb. Disputare, & consequenter illi multo magis erit derogandum, quam si à Concilio tantum edita fuisset.*

26 Ad ultimum respondetur clausulam derogatoriam in d. c. *Nomullis, de rescriptis.* fuisse appositam ad abundantiorum cautelam: non enim est novum in iure, ut aliquando exprimanter ea, quæ tacite insunt ad majorem declarationem, ut est text. in cap. *Quamquam, 23. dist. & notat Calder. conf. 221. n. 2. vers. Ad idem facit, alias 1. de Cler. non resid.* Ideoque inculcatio verborum admittitur etiam superflua ad tollendam sophisticam malignorum interpretationem, secundum Jason. in l. *Em qui ita, §. Te, & Titium, num. 4. vers. Sed adverte, ff. de verb. obligat.* Præsertim verò quia quamvis opinio illa, quod Concilia generalia tacite

habeant clausulam derogatoriam ad sequentes contrarias dispositiones, in se vera sit, & ferè ab omnibus recepta, tamen in contrarium videtur stare auctoritas Innocentij in d. c. *pen. in eodem;* ejusque sententiam veritorem putat Felin. in d. c. *Nomullis, sub num. 3. vers. Sed non videtur verum, de rescriptis.* Unde inutilis non fuit expressio illius clausulæ ad evitandas Doctorum controversias. Et propterea ex stylo in privilegiis, & rescriptis prædictæ Constitutioni de duabus dicitur semper consuevit specialiter derogari. Post hæc reperi Dominos de Rota in causa *Yixdomen. Decimarum, 5. Novembris 1574.* coram Robulterio disputasse ex professo hunc articulum an Constitutio, c. *Nuper, de decim.* edita ab Innocent. III. in generali Concilio dicatur Papalis, vel Conciliaris ad effectum, ut requiratur derogatio; & re maturè discussa resolvit Dominos esse Conciliarem ad effectum prædictum, & non fuerunt ferè ex fundamentis, quæ superius tetigimus, ut videre est *decis. 123. par. 1. divers.*

De jure Patronatus.

Cap. Perlatum.

S U M M A R I U M.

- 1 **O** Patronatus discordiam cessat Ecclesia à Divinis, tolluntur inde reliquia, & ostia clauduntur.
- 2 Jus patronatus inter hæredes dividi non potest.
- 3 Declaratur, ut n. 3. & seqq.
- 4 Patroni inter se convenire non possunt, ut unus habeat patronatum in una parte Ecclesie, alius in alia.
- 5 Nec fructus, & possessiones Ecclesie possunt inter se dividere.
- 6 Possunt tamen inter se pacifici de Reçtore æterni vicibus presentando.
- 7 Etiam sine consensu Episcopi.
- 8 Item si habeant plures patronatus convenire possunt ut unus presentet in una Ecclesia, & alius in alia.
- 9 Jus patronatus est individuum, & est insolidum penes unumquemque hæredem.
- 10 Etiam si ex diversis, & in equalibus partibus sint hæredes.
- 11 Incorporalia dividi non possunt.
- 12 Jus patronatus alicubi ex consuetudine dividitur per uncias.
- 13 Jus patronatus est transitorium etiam ad extraneos hæredes.
- 14 Non tantum masculos, sed etiam feminas.
- 15 Licet fuerit institutum per modum majoratus.
- 16 Jus patronatus gentilitium an extinguitur familia transeat ad extraneos hæredes, & num. seqq. usque in fin.
- 17 Jus patronatus concessum filijs videtur derogatum extraneis hanc qualitatem non habentibus.
- 18 Contrarium n. 19.
- 19 Declaratur, n. 23. & n. 26.
- 20 Relictum filijs masculis, in eorum defectum non transit ad feminas, sed Ecclesia remanet libera.
- 21 Contrarium, n. 19.
- 22 Declaratur, n. 23. & 26.

- 18 **C**oncessum universitati non potest transferri in eos qui sunt extra universitatem, & n. 27.
- 19 **P**rovisio hominis regulariter non tollit provisionem iuris communis in eodem casu.
- 20 **C**asus omisus in fideicommissis relinquitur dispositioni iuris communis.
- 21 **P**rovisio legu quotiescumque facta est in defectum provisionis hominis, tunc sicut lex ubi loquitur homo.
- 22 **P**rovisio hominis non facit cessare provisionem legu etiam specialis, & extraordinaria, quando concurrunt circa diversa.
- 23 **J**us patronatus reservatum illis de familia taxativè, ad extraneos hæredes non transit.
- 24 **P**atronatus in fundatione Ecclesie potest remittere ius patronatus in totum aut pro parte, prout ei libuerit.
- 25 **J**us patronatus concessum illis de familia sine taxatione, in eorum defectum transit ad hæredes extraneos, non ex provisione hominis, sed ex provisione legu.

**P**ERLATUM. Propter discordiam patronorum cessat Ecclesia à divinis, tolluntur inde reliquia, & ostia clauduntur. Hoc dicit cum c. seq. secundum Joan. Andr. Butr. Carlin. Anchar. & Imol. Sed per se sic sumari potest. Jus patronatus est individuum inter hæredes patroni; & si ob eorum similitates Reçtor Ecclesie non possit suo officio fungi, & aliter Ecclesie provideri nequeat, cessandum est à divinis, donec patroni ad concordiam redeant. Dividitur ut per Joan. Andr. & de intellectu hujus cap. Patronis discordantibus vide plenam in c. *Si plures, in verb. Auservi, 15. q. 7.*

Nota primò ex principio textus jus patronatus inter hæredes dividi non posse. Quod tripliciter potest intelligi secundum Jo. Andr. *hic num. 2. Butr. num. 5. & Abb. num. 6.* Primò scilicet, ut patroni inter se convenire non possint, ut unus habeat patronatum in una parte Ecclesie, alius in alia: & hunc intellectum posuit Vincentius, & magis consonat antiquæ, quæ sic se habet: [Reclatum est ad sanctam Synodum, quod inter hæredes etiam Ecclesie in rebus propriis constituta dividantur, & tanta per eandem divisionem similitas oriatur, ut de altari tres partes fiant, & singule partes singulos habeat Presbyteros; quod sine discordia, & similitate nullo modo fieri potest; unde nobis visum est, quod hujusmodi Ecclesie inter hæredes dividi nõ debeant. Refertur ab Anton. Augustin. in prim. collect. decretal. lib. 3. tit. 33. c. 1. Secundo potest intelligi, ut fructus, & possessiones Ecclesie nequeant patroni inter se dividere: & hic intellectus fuit Petr. de Samp. & Abb. Antiq. Tertio intelligi potest, ut ipsummet jus patronatus dividi non possit inter hæredes, prout intellexit Holt. & quilibet intellectus est in se bonus, secundum Abb. d. num. 6.

Cæterum hoc intelligas quoad substantiã juris patronatus, non autè quoad ejus pertinentias: nam patroni bene possunt inter se pacifici de Reçtore ab eis æternis vicibus presentando; argum. l. *Quoties, ff. de usufruct. & l. Via, in fin. ff. de servit. & hic tenet gloss. 1. Tancred. Vincentius, Philipp. & Goffred. Licet Innocent. in hac vacilla veritè aliquando enim absolute improbat hujus-*

modi conventionem in iuribus Ecclesie, ut *hic, n. 1. vers. Hoc tamen nobis non placet:* alius verò exilimavit patronos posse sic convenire, de consensu tamen Dicitur Felin. & non alius, ut in cap. *Querimonia post prim. in ver. Et vicissitudines, infra eodem.* Sed hodie prima opinio glossæ est approbata, & utraque opinio Janocentij reprobata in Clem. 2. vers. *Es facilius, de urepatr. & ibi notat gloss. in ver. Et ut.*

Quod si patroni habeant plures patronatus, eodem modo possunt ad invicem convenire, ut unus presentet in una Ecclesia, & alius in alia, ut sic quemadmodum permittitur divisio ratione temporis in presentando æternis vicibus, ita & ratione loci secundum Anton. de Butr. *hic n. 5. & Abb. n. 6. vers. Est habent.*

At verò ipsum jus patronatus est individuum, ut hic patet, & est insolidum penes unumquemque hæredes; & hoc ideo est, quia cum sit res simplex, & indivisibilis, pervenit ad quemlibet hæredem in solidum, etiam si ex diversis, & inæqualibus partibus sint hæredes, *arg. l. Via, ff. de servit. l. Si sepulcrum, C. de relig. & sumpt. funer. l. 1. §. Si usufructus, ff. ad l. Faciend. & l. Vfus, ff. de usu, & habitat.*

Incorporalia enim dividi non possunt, cap. *Nihil, 7. q. 1. & ita hic firmant gloss. prima Innoc. num. 1. Holt. in princ. & num. 1. & Abb. num. 7.* dicens hanc opinionem tenere communiter Doctores.

Goffredus tamen refert in quibusdam locis, sicut Neapoli jus patronatus dividi non potest, & asserit illam consuetudinem posse excusari, quasi ejusmodi divisiones non fiant respectu juris patronatus, sed respectu patronotum, secundum quas hæredes successerunt patrono uni, vel pluribus, & non respectu portionum, quas contulerunt Ecclesiam construendo, vel dotando, & potest esse aliqua utilitas harum divisionum, ut Ecclesia in alendo, & in honorib; magis teneatur, à quo plus recipit: sed actus presentandi communis erit omnibus, & cum his dictis Goffred. transit hic simpliciter Jo. Andr. num. 10.

Secundo, nota ibi, *inter hæredes patroni, Jus patronatus esse transitorium ad quoscunq; hæredes, & sic etiam ad extraneos, cum hæc littera de hæredibus indistinctè loquatur, Abb. hic n. 2. gloss. unis, in cap. Considerandum, 16. q. 7. Carlin. in Clem. fin. in 6. q. 1. & ibi etiam Anchar. num. 7. & Imol. num. 15. de iurepatr. Arcerius in cap. Significavit, col. 3. de testib. Covar. alios referens var. resol. lib. 2. cap. 18. num. 6. Card. Seraph. de decis. 364. n. 3.*

Quintimò non tantum transit in hæredes masculos, sed etiam in feminas. Jura enim in hac materia juris patronatus inter masculum, & feminam non distinguunt Imola post Paulum de Leazar, in dicta Clem. final. num. 15. vers. *Idem dicit Paulus, Abb. hic n. 3. & conf. 54. Videtur primò, n. 4. vers. Nec est distinguendum, lib. 1. Roch. de Cure in tract. de iurepatr. in verb. Competens, n. 1. & in verb. Ipe veli, quasi. 6. Lambertini. in eod. tract. 2. par. lib. 1. in secunda questione principal. art. 14. Facit cap. fin. supra de concess. præben. & cap. Ex litteris, infra eod. etiam si jus patronatus fuerit institutum per modum majoratus, ita ut deveniat ad unum tantum, scilicet majorem natu, seu primogenitum: nam nihilominus succedunt*



feminis, nisi expresse sint exclusi, Couar. *practic. quæstion. cap. 38. num. 13.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 1. num. 26.* & 27. & lib. 3. cap. 6. num. 21. & cap. 7. num. 19. Nicol. *Gax. de benef. par. 5. cap. 9. num. 145.*

17 QUÆRO an jus patronatus gentilium, id est reſervatum illis de familia, & agnatione fundatoris, extincta agnatione fit tranſitorium ad extraneos hæredes.

16 Ad partem negativam inducitur auctoritas Baldi *conf. 400. circa primum, nu. 1. & 2. fol. 2.* Ubi conſuluit jus patronatus conſeſſum filiis poſt eorum obitum non tranſire ad extraneos hæredes, ea præcipue motus ratione, quod cum jus patronatus fuerit a fundatore conſeſſum filiis, videtur denegatum extraneis hanc qualitatem non habentibus, arg. *Cum Prætor. ff. de iudic. & in authent. de non alien. §. amphiteaſim.* Et in iſdem ferè terminis Gemin. *conf. 45. Deſcenda per ordinem, n. 70. in 3. dubio:* reſpondit jus patronatus reſiſſum filiis inſeſſis, in eorum defectum non tranſire ad feminas, ſed extingui, & Eccleſiam remanere liberam. Nempè quia expreſſio maſculorum cenſetur facta ad excluſionem feminarum: ergo eodem modo expreſſio illorum de familia hoc caſu cenſetur facta ad excluſionem aliorum hanc qualitatem non habentium. Ad idem facit *Card. conf. 48. Quidam nobiles, n. 1. & Roecch. de Cure, in tract. de iurepatr. in verb. ipſe velis, q. 33. in fin.*

18 Et confirmatur exemplo juris patronatus conſeſſi univerſitati, quod non poteſt transferri in eos, qui ſunt extra univerſitatem, Lambertini. in *tract. huius tituli, part. 1. lib. 1. in 2. quæſt. princip. art. 9. num. 12.*

19 Ad contrarium ſic arguitur. Proviſio hominis regulariter non tollit proviſionem juris communis in eodem caſu, ſi *cum dote in prime.* Scibi *Bart. col. 1. in ff. ſol. matrim. l. Extraneus ff. de condit. ob. cauſ. l. 4. §. Si ex conſuetudine,* ibi: Cum acceſſerit aliquid rei iudicate, non videtur à re iudicata reſeſſum, *ff. de re iudicat. Joan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de loc. at. §. Nunc aliqua, verſ. 3. p. cum aliis allegatis per Ant. Gabr. commun. conſeſſ. de reg. iuris conſeſſ. nu. 4.* Sed jus patronatus ex proviſione juris communis eſt tranſitorium ad extraneos hæredes, ut hinc patet, & notat Joan. Andr. in *cap. Cum ſeculum, num. 6. inſtr. eod. & dictum eſt ſupra in 2. notab. num. 12.* Ergo proviſio hominis in reſervando jus patronatus illis de familia non tollit, quin illis deficientibus ex proviſione legis ad extraneos hæredes tranſeat. Quo poteſſimum fundamento pro hac parte plene conſuluit Petr. de Anchar. *conf. 81. Prima facie videtur, per totum, & ante cum Calderin. conf. 4. Titulus habens, de iure patronatus: ubi ſimiliter eſt caſus, & ſequuntur Roecch. de Cure, in tract. huius tituli, in verb. Competens, nu. 2. verſ. Et præmiſſam, dicens ſe non reperiſſe aliquem tenentem contrarium Curt. junior *conf. 257. nu. 2. & conf. 323. num. 2. lib. 2. Paril. conf. 42. num. 11. & 21. lib. 4. Dec. conf. 149. num. 2. Caſſad. deciſ. 1. num. 3. de iurepatr. & hanc opinionem Ancharani eſſe cõmunem, & veram magiſtrallyter deducunt DD. de Rota coram R. obulterio in cauſa Cremonen. iuriſ. patronatus. deciſ. 385. per totam, parte prima diverſ.**

20 Exiit etiam pro hac parte, quod quando in fideiſcommiſſo aliquis caſus eſt omiſſus, relin-

quitur de poſitioni juris communis, *l. Commotiſſime ff. de lib. & poſt. & d. l. Si cum dote, ff. ſol. matrim.* Sed caſus deficientis familie ſuit à teſtatore omiſſus: ergo juris communis diſpoſitioni eſt relinquendus, quo cautum eſt, ut jus patronatus tranſeat ad extraneos hæredes. Sic enim proviſio hominis conſentit cõ provisione legis, & utraq; ſervatur in ſuo caſu, videlicet proviſio hominis quoad ſuperſtes erit aliquis de familia; proviſio autem legis ubi familia deſecerit. Quoriefcumque autem proviſio legis facta eſt in defectu provisionis hominis, tunc ſilet lex, ubi loquitur homo: ſed ubi ex diverſo fonte, & nova radice, procedit lex, ut formaliter inquit Bald. in *l. Certi iuris num. 1. C. Locati* nec proviſio hominis facit ceſſare proviſionem legis etiam ſpecialis, & extraordinaria, quando concurrunt circa diverſa, *Bart. in d. l. Si cum dote, & in l. Si conſtante, ff. ſol. matrim. Rota d. deciſ. 385. n. 5.*

21 Pro ſolutione videtur ſic diſtinguendum. A ut fundator voluit jus patronatus eſſe illorum de familia taxative, itant ad e conſtantum pertinere, nõ autem ad eorum hæredes: & tunc jus patronatus ad hæredes extraneos minime tranſit, ſed extinctum remanet extincta agnatione, & eccleſia fit libera & in hoc caſu loquitur *Card. & Roecch. in initio quæſtionis allegati, prout eoſ declarat Paril. conf. 48. num. 6. lib. 4.* Poteſt enim patronus in fundatione Eccleſie remittere jus patronatus in totum, vel pro parte, & limitative illud inducere in præjudicium deſcendentium, vel extraneorum hæredum, prout ei liberabit, *cap. Significavit, de teſtib. cap. 1. de iurepatr. lib. 6. ubi Archidiacon. & alii.*

22 Aut jus patronatus fuit conſeſſus illis de familia ſimpliciter, ac ſine ulla taxatione: & hoc caſu tranſit etiã ſimpliciter, ac ſine ulla taxatione: & hoc caſu tranſit etiã ad extraneos hæredes nõ ex proviſione hominis, ſed ex proviſione legis, cui proviſio hominis non adverſatur; & procedunt rationes adductæ pro ſecunda opinione quicquid in oppoſitum tenuerint Bald. & Gemin. in initio citati, qui loquuntur contra communem.

23 Ex quibus patet etiam reſponſio ad objecta; ſed nihilominus ſingillatim reſpondendo, nõ obſtat quod jus patronatus fuerit reſervatum illis de familia: quoniam verba illa ſtant demonſtrative, ſecundum *Calder. & Anchar. locis citatis;* & quantum taxationem aliquam importarent, illa tamen intelligitur durante familia, nõ autem ea deficiente, ut ex dictis conſtat.

24 Rurſus non obſtat ſimile de jure patronatus univerſitatis: quia ſimilitudo in hoc conſiſtit, quod quoad ſuperſtes aliqui de familia, non admittuntur extranei; ſed familia extincta, caſus à fundatore omiſſus regulari debet juxta juris diſpoſitionem, & in hoc nõ procedit ſimile univerſitatis, ſeu collegij, quorum non datur hæres, vel luſſor, ſicut datur ultimo de familia.

25 Et ita in terminis reſolvit *Rota in d. cauſa Cremonen. iuriſ. patr. die 6. Junij 1578. coram Card. Seraph. ut in eius impreſſis deciſ. 364. quæ poſtea fuit confirmata ſub die 21. Novembris eiusdem anni, ut deciſ. 378. & concordant allegatæ deciſ. Rohnſterij 385. part. 1. diverſ. & Caſſad. deciſ. 1. n. 3. de iurepatr. & hæc eſt veritas.*

De iure patronatus.

Cap. In ſingulis.

S V M M A R I V M.

1 Patronus diſcordantibus præſentandus eſt præſentatus, qui plures habet voces.

2 In patronatu ex fundatione acquiritur: quod ſi plures ſint fundatores, omnes efficiuntur patroni.

3 In patronatu eſt tranſmiſſibile ad quoscumque hæredes.

4 Ex fundatione, vel dotatione non acquiritur merito iure, ſed ex gratia, & conſeſſione eccleſie.

5 Eccleſia etiam pro laicis fundata cum dote ſua olim ad vocationem pertinet ad Episcoporum.

6 Iura patronatus origo, & prærogativa, & num. 31.

7 Patroni quidquid iura habent in eccleſia, totum ex gratia procedit, & de ſpeciali gratia toleratur.

8 Laicus circumſcripta diſpenſatione eccleſie, non eſt capax iura patronatus, quod eſt ſpirituali annexum.

9 Papa ſive ſecularis, poteſt libertè diſponere de beneficij patronatus laicorum in iura patroni.

10 Sed non expedit ne ſe diſponat ne laici à fundationibus retrahantur.

11 Papa non cenſetur velle patronatus laicorum derogare, niſi hoc exprimat.

12 Iura patronatus conſeſſio poſteaquam redacta eſt in coram iure, non dicitur gratia, ſed iuſtitia.

13 Preſentatio facta à maiori parte patronorum etiam reſpectu minorum valida eſt, licet non ſit facta à maiori parte omnium.

14 Patronus unus ex duobus poteſt alterum præſentare, licet ex duobus eligentium unus non poſſit alium eligere.

15 Preſentatus à pluribus in diſcordia patronorum præſentandus eſt ſi ſit idoneus, licet alius præſentatus ſit dignior.

16 In conſeſſendi eccleſiam libertè ad Episcopum devolvitur ſi quæſtio ſuper patronatu laicali infra quadrimeſtre, aut eccleſiaſtico infra ſeſtre non fuerit terminata.

17 Sive quæſtio ſit ſuper quali poſſeſſione præſentandi, ſive ſuper proprietate.

18 Quid procedat quæſtio inter compatronos vertatur ſecus ſi inter Episcopum, & patronum, quia tunc Oeconomus deſertabitur.

19 Item ſecus ſi loquatur inter ipſos præſentatos: aut inter patronos, & præſentatos.

20 Item ſecus ſi quæſtio ſit ſuper idoneitate præſentati, aut patroni concordare non poſſint in perſona præſentanda.

21 Eligendi poteſtas ad Superiorem non devolvitur, licet quæſtio ſuper iure eligendi infra tempus ad eligendum præſentatum non fuerit diſſoluta.

22 In præſentandi in multis diſſert. à iure eligendi.

23 In patronatu non acquiritur ex ſola fundatione, an vero etiam requiratur conſtitutio, & dotatione eccleſie, & num. ſeq. ſequè an n. 50.

24 Fundatus quid ſit.

25 Conſtitutione nomine includitur etiam fundatio.

26 Fundatus non efficitur patronus ſi nemo alius eccleſiam

conſtruat, & dotes nec conſtruat ſi nemo alius dotem aſſignet, nec dotans ſi nullus eccleſiam fundet, & conſtruat, contra Lambertinum, & mon. ſeq. uſq. ad num. 49.

27 Dotes modica non efficit quem patronum.

28 In patronatu ex tribus cauſis acquiritur. Declaratur, num. 49.

29 Patronus efficitur qui eccleſiam de non eſſe deducit ad eſſe. Declaratur, num. 46.

30 Eccleſia, vel Baſilica appellari non poteſt niſi in conſtitutione ſit eoſque proceſſum, ut poſſint ibi divina officia celebrari.

31 In patronatu quid ſit.

32 In patronatu amittitur ſi eccleſia ſanctus deſtruitur, & num. 56. & 58.

33 Retentio ſacilius datur, quam nova acquiſitio.

34 Eccleſia adſcari non debet niſi prius aſſignentur quæ neceſſaria ſunt pro luminariis, pro cuſtodia, & pro ſtipendiis miniſtrorum.

35 Et de factis conſtructis ſine dote aſſignatione conſecrari non debet niſi prius fundator illam dote.

36 Conſecratis eccleſiam indotatam tenetur eam competenter dotare.

37 Et in defectum Episcopum conſecratis tenetur fundator.

38 Fundator, qui compulſus eccleſiam dote, an ex fundatione efficitur patronus.

39 Commoludum non debet quis conſequi ex eo, quod facit iuribus.

40 Dotans eccleſiam prius fundatam, & conſtructam de conſenſu Diocetani in patronatu acquiritur. Et ſingitur ab initio eam dotare, num. 48.

41 In patronatu eſt individuum, & ſemel quæſitum ex una cauſa, non poteſt ex alia cauſa acquiri.

42 Mem ex una cauſa ex alia meum fieri non poteſt, niſi deſinat eſſe meum.

43 Ex præſentatione ſeculari non poteſt alius in competere, ſi competat ex prima.

44 Matrimonium carnale vel ſpirituale conſtare non poſſit ex conſenſibus iterati.

45 In patronatu quomodo intelligatur acquiri ex tribus cauſis alternative, & num. 49.

47 Eccleſia ſine ſubſtantia totum deſerviri non poteſt.

48 Dote conſtitutio de Diocetani conſenſu retractatur ad tempus fundationis, & conſtructionis eccleſie.

49 In patronatu acquiritur ſi unus det fundum, alius eccleſiam conſtruat, & alius aſſignet dote, & omnes in ſolidum efficiuntur patroni.

50 In patronatu an acquiritur ex reſtitutione, ſeu reſeſſione eccleſie, & num. ſeq. uſque ad num. 61.

Quid ſi eccleſia non ſit ſanctus deſtructa, n. 52.

Et quid ſi à fundamentis ſit deſtructa, ita ut egreat nova conſecratione.

Et quid ſi reſeſſetur ex iſdem cõmentis, n. 58.

51 Servitutem non recipit quod humani iuri eſſe deſit.

53 Reſeſſans eccleſiam ſanctus deſtruat ſine Diocetani conſenſu non efficitur patronus.

54 Eccleſiam conſtructam reſeſſare ſavorabilius eſt, quam de novo conſtruire.

55 Eccleſia per totalem deſtructionem remanet exſtrata.

56 In patronatu per totalem deſtructionem eccleſie radicitus amittitur, & num. 58.



- 77 Patronus antiquus repudiatus est, & preferendus extraneo in reedificatione ecclesie diruta.
- 78 Obligatio fenele extincta in perpetuum non reviviscit.
- 79 Impatronatus ecclesie, qua dotem, vel fundum amisit, acquiritur ei qui de novo dotat, aut fundat, non autem patrono antiquo.
- 80 In patronatus surgent ex dotatione, vel fundatione non amittitur ex sola destructione ecclesie, eaque reedificata erunt tres patroni ex diversis auct.
- 81 Gratificari an possit Episcopus alteri ex presentate in discordia, an vero teneatur instituire dignitatem reusivam.
- 82 Conversus an requiratur in Parochiali ecclesia, quam Episcopus conferre iure devoluto ob lapsum temporis patrono laico ad presentandum praesxi, reusivam.

**Q**UONIAM Si patroni discordant, ille praeficitur si sit idoneus, qui pluri in patronorum voces habet. Si hoc sine scandalo esse non potest, vel si patroni intra tempus debitum non presentant, Episcopus ordinabit Ecclesiam. Hoc dicit. Et dividitur in duas partes. In prima ponit abusum patronorum, qui fuit Constitutionis causa. In secunda Constitutionem ibi presentem, & hanc secunda subdividitur in tres, prout sunt tria dicta. Secunda, ibi, si autem. Tertia, ibi, & alij.

- 1 Nota primo ibi, fundatores. Jus patronatus acquiritur ex fundatione ecclesie, ut hic, & in c. Filiis, 16. q. 7. in cap. Consuluit, & in cap. Nobis, infra eodem. Quod si plures sint fundatores, omnes efficiuntur patroni, ut notatur in cap. 1. supra eod. & per Butr. hic n. 2. Sed hoc fusius explicabitur infra in prima questione.
- 2 Secundo nota ibi, aut heredes eorum. Jus patronatus esse transmissibile ad quoscunque heredes, & sic iure hereditario deferri, concordat textus in cap. 1. supra eod. & in Clem. 2. eodem tit. & tenet glof. in cap. Considerandum, in ver. Coheredes, 16. q. 7. Feder. de Sen. conf. 113. Quasi si talis est, num. 9. vers. Sed contra videtur, dicens ita communiter notari per omnes in cap. Cuius saculum, infra eodem, & in d. Clem. 2. Butr. hic num. 3. De comuni etiam restantur Cardinal. Abb. Aretin. & alij apud Covarr. variat. resol. lib. 2. cap. 12. num. 6.
- 3 Tercio nota ibi, sustinuit. Fundatoribus ecclesiarum jus patronatus acquirit, non ex mero iure, sed ex gratia, & permissione quadam, & volentia ecclesie, ut hic, & in cap. Si quis Episcopus, ibi, hanc gratia referretur, 16. q. 5. & hic notant Host. num. 5. in ver. Sustinuit, Jo. Andr. num. 2. Butr. n. 4. Abb. an 1. notat, & reliqui omnes.
- 4 Nam, ut inquit Gemin. conf. 45. incipiens, Descendo per ordinem, in prime. laici de iure antiquo in ecclesiis etiam per eos edificatis, vel dotatis nullum jus habebant, sed statim ecclesie ipsae cum dotibus suis ad ordinationem pertinebant Episcoporum, cap. Decretum, cap. Regenda, & cap. Novimus, 10. q. 1. & notatur in cap. P. a mentis, 16. q. 7.
- 5 Verum tempore succedente constituit ecclesia, ut ipsi patroni haberent in ecclesiis certa iura, videlicet jus defensionis, ut in cap. Filiis, 16. q. 7.

quo per Carin. conf. 123. num. 5. item honorem processionis, ut in dicit. cap. P. a mentis, eodem causa, & questione, & in cap. Nobis, infra eodem. Item jus alimentationis, ut d. cap. Nobile. Item jus presentandi, ut cap. Decretum, 16. q. 7. Et hanc laicis concessit ecclesia ut ad fundandas, & dotandas ecclesias inducerentur, ut notat Hugo in d. cap. P. a mentis, Goffred. in cap. Sacrosancta, de elect. & glof. ult. in Clem. fin. post med. vers. Et sunt forte maximum, de rescript. Quamobrem quicquid juris habent patroni in ecclesia, totum ex gratia procedit, & de speciali gratia toleratur. Hoc ipsum firmat idem Gemin. conf. 50. Quod si autem Episcopus, in prime. Petr. de Anchar. conf. 113. lura qua loquuntur, in prime. Bellum. conf. 10. Eadem est ratio Jo. Andr. num. 10. in fine vers. Nec obstat quod fundator, & Abb. conf. 59. Attingam. col. 2. num. 3. vers. Item praesxi, supposito, lib. 2. Ratio est quia cum jus patronatus sit spiritual. vel spirituali annexum, cap. Quanta, de iudic. de iura rigore. & circumscripta dispensatione, & privilegio ecclesie, laicus iusmodi juris capax non est, cap. Decretum, eod. tit. & est simile in cap. Prohibemus, supra de Decim. & in cap. Cuius apostolica, de his que si. a Prelat. Quam rationem adducunt hic Hostien. Joann. Andr. & alij supracitati, num. 4. & Abb. A. conf. 59. eodem num. & vers. Et in sua quest. 5. incipiens, Angerio. col. 9. num. 3. & seq. vers. Ego autem. Cum igitur jus patronatus quod laici in ecclesiis habent, gestiosum sit, eosque ecclesia in tali potestate ex gratia sustineat, ut hic dicitur: hinc inferunt Hostien. Jo. Andr. & Abb. ut Papa si velit, possit liberè conferre beneficij iuris patronatus laicorum, etiam invitatis patronis, ut notatur in cap. Cum dilectus, in glof. in ver. Presentare, infra eod. & in cap. Dilatus de offic. leg. in glof. in ver. Concessione, quae dicit hanc potestatem soli Principi competere, non autem legato, & in Clem. 2. in glof. in ver. Apostolicus de preben. & per Archiel. in cap. Filiis, 16. q. 7. & in cap. Hortamus, 81. dist. Non tamen expedit ut Papa liberè disponat de Ecclesie iuris patronatus, ne laici a fundationibus retrahantur, secundum Hostien. hic num. 5. & Jo. Andr. num. 2. unde fit, ut quamvis possit, non tamen coequeat velle patronatus laicorum derogare, nisi hoc exprimat, secundum glof. praesxi, in d. Clem. 2. Gemin. conf. 38. Pro clariori, num. 13. vers. Ex 3. ergo pater. Et Felin. in tract. Quando litter. Apost. praesxi, patron. in prime. Quintimo Hostien. in d. Dilatus, sub num. 5. de offic. legati, restatur de vidisse litteras per Papam scriptas Praelatis Angliae continentes hanc suam protestationem quod quando scribit pro aliquo beneficiando, non est intentionis suae ut conferatur ei ecclesia aliqua, in qua laicus obtineat jus patronatus. Unde, ut inquit, Lap. alleg. 96. incipiens, Beneficiarius acantia, num. 3. Nec obstat, non disputatur hic de potentia Papae, quia planum est quod potest, si vult, sed disputatur de eius intentione an velle praesumatur hoc non expresso, & dicitur non praesumi propter rationes praedictas; & nimiam cupiditatem in collatione ostenderent Praelati ecclesiastici, si suo iure laicos privarent, potissimum cum reservato iure laicorum plus habeant in confirmatione, & institutione, quam laici in presentatione.) Hec Lupus, Et ad de Feder. de Sen. conf. 23. 4. Super primo puncto, 3. vers. Non obstat, 16. q. 7. ubi ait, habendo respectum ad iura antiquissima, nempe ad c. Decretum, & c. Novimus.

Novimus, 10. q. 1. concessionem iuris patronatus fuisse gratiosam, sed hodie cum per iura nova fuerit redacta in corpore juris, amodo non dici gratiam, sed iustitiam, seu ius commune.

Quarto nota ibi, & plurimorum approbatur assensu. presentationem factam a maiori parte patronorum etiam respectu minoris validam esse, licet non sit facta a maiori parte omnium, ut quia decem erant patroni, & quinque praesentarent Cajum, tres Titium, & duo Sempronium praesentarent enim Cajus praesentatus a quinque, & ita interspede esse tenentur per hanc decretalem, dicunt Jo. Andr. num. 3. & Carin. in 6. quest. num. 9. post Vincent. & Bernard. Compositellan. qui hoc notant in cap. Ecclesia, 1. prima, supra de elect. Rota de elec. 158. num. 2. apud Farinacc. par. 1. recent. Nec obstat textus in d. cap. Ecclesia. Quia loquitur in electione, quae fit ab aliquibus ut a Collegio, & propterea non sufficit ut quis eligatur a pluribus partium comparatione minorum, sed requiritur major pars Collegii. Facit quod notatur in cap. Cum omnes, supra de constitut. At secus est in presentatione, ut hic. Unde inferre Jo. Andr. eodem num. 3. ut si duo sint patroni, unus possit alterum praesentare, licet ex duobus eligentibus unus non possit alium eligere.

Quinto nota, ibi, qui maius ius meritis, ad hoc ut praesentatus in discordia patronorum sit preferendus, duo videri necessaria, videlicet ut sit dignior, & habeat plures voces, & ita videtur innuere hae litterae, & notant Abb. Antiqu. in princip. & Butr. in 4. notat. Sed nihilominus consuevit tenetur iustitiam, re ut praesentatus a pluribus sit idoneus, licet alius sit dignior, atque ita sufficit major pars, licet illa non sit sanior, & sit comparatio numerata numerum, non autem zeli ad zelum, aut meriti ad meritum, ut hic firmat glof. in ver. Maioribus, Hostien. num. 5. in ver. eligitur. Roch. de Curia in tract. de iure patron. in ver. Honorificam, 15. & 18. Lambertin. in eodem tract. lib. 2. quest. 4. art. 2. & 3. Et hanc partem hodie non obstat approbavit Concilium Tridentinum in cap. 18. sess. 2. 4. Nam etiam in parochialibus liberè collationis, & iuris patronatus ecclesiastici iullerit dignitatem, esse eligendum: tamen in ecclesiis iuris patronatus laicorum voluit satis esse ut praesentatus ab examinatis Synodalibus examinaretur, & non minus reperitur admittatur, ut ibi in ver. Quod si in patronatu.

Ultimo nota ex hae litterae jus ordinandi ecclesiam ad Episcopum ex devolvi cum quaestio super patronatu infra quadrimestrem non fuit terminata, si ius patronatus sit laicorum, ut hic, & in cap. Cum propter, infra eodem, vel infra semestrem si sit ecclesiasticum, ut in cap. Eam te, infra eodem. Quod procedit five quaestio sit super quasi possessione praesentandi, ut infra in cap. Consultativibus. Super proprietate, ne aliquis sit in possessione, secundum Innoc. in ver. De iure patronatu.

Ex his collige unum, quod prima facie videtur mirabile secundum Abb. in cap. Cum propter, in 1. notat, infra eodem, ut scilicet non valenti praesentare propter impedimentum litis, currat tempus ad praesentandum contra iuris regulas: nam tempora huiusmodi non currunt nisi negligibus, ut legitur, & notatur in cap. Ne pro defectu, supra de elect. & in cap. 2. de concess. preben. negligens autem dici non potest, qui agit, l. Contra maiores.

Calle inoffic. testam. Jo. Andr. hic num. 7. vers. Sed obstat. Unde hanc Constitutionem declarata primo, ut procedat si quaestio super patronatu veritatur inter comparatos, & propter illorum discordiam non fuerit decisa infra tempus a iure praesixum, in quibus terminis loquitur haec decretalis. Secus si contentio sit inter Episcopum, & patronum, puta quia Episcopus praesentat ecclesiam esse liberè collationis, & patronus asserat esse de iure patronatus, tunc enim tempus ad praesentandum non currit patrono, ut praesentari non, nec Episcopus ordinabit ecclesiam, seu ponet ibi Oeconomum quo utique quaestio fuerit terminata, ut legitur, & notatur in cap. Cum vos, supra de offic. cardin. secundum Hostien. num. 7. vers. Et hoc est verum, & Abb. num. 7.

Declarata secundo ut procedat si contentio huiusmodi sit inter comparatos, prout loquitur haec littera: Secus si inter praesentatos, ut reolvit Rota de elec. 85. num. 7. apud Farinacc. in collect. 1. novissimar. & ita dicendum si sit veritatur inter patronos, & praesentatos; quia non habet locum devolutio, de qua hic, secundum Jo. Andr. in d. cap. Cum vos, num. 2. vers. Unde iura de offic. ordinari. Butr. ibidem, num. 7. vers. Iura ergo, & Imolan. num. 7. vers. Nec obstat. l. 1. p. alleg. 78. num. 15. Rotam apud Farinacc. de elec. 81. in fine part. 1. recentiora.

Declarata tertio ut procedat si contentio sit super patronatu, locus si super idoneitate personae; quia non intrat haec devolutio, ut post Jo. Andr. tenet Abb. hic num. 7. Et idem dicendum si patroni non possent inter se concordare de persona praesentanda, quia tunc haberet locum dispositio, cap. Nulla, supra de concess. preben. ut scilicet ex mentibus expectari debeat, secundum Innocent. hic num. 1. in ver. Ordinem.

Declarata ultimo ut locum habeat tantummodo in quaestione iuris praesentandi, non autem iuris eligendi: nam si inter electores contendatur de potestate eligendi, & quaestio non terminetur infra tempus praesixum ad eligendum, potestas liberè ordinandi ecclesiam ad Superiorem non devolvitur, quia non est quod imputetur electoribus, cum per eos non sit et quominus eligatur, sed propter r. licet tibi motam. Unde cum contrarium non sit statutum nisi super praesentatione, ut hic, non debemus hoc ius extendere ad contentio nem super electione, ita probat text. in cap. 2. de integ. restit. ubi dicitur super iure eligendi certatum fuit; & tamen eligendi potestas non fuit ad Superiorem devoluta, ut concludunt hic Hostien. & Jo. Andr. ambo n. 7. vers. Sed hoc in hoc casu. & 2. Abbas, n. 6. Praesertim vero quia inter ius praesentandi, & ius eligendi considerari potest multiplex ratio diversitatis: nam praesentatio innititur gratia, ut dixi supra in 3. notat, electio vero iuri communi, ut c. 1. supra de elect. Praeterea ius pinguius habent electores, quam praesentatores, ut colligitur ex glof. in cap. Quanta, 63. dist. juncto c. Quod autem, infra eodem. Ac demum de modico patronorum praedicio agitur si lite pendente alius ab Episcopo instituitur: sed electoribus ex devolutione fieret magnum praedicio, quia forte haberet quem non vellet, aut non expediret habere. Unde merito aliud statuitur cum contraverit de iure praesentandi, & aliud cum de iure eligendi, ut bene per Abb. ibi n. 6.



23 QUERO, An ex sola fundatione acquiratur jus patronatus; an verò etiam requiratur constructio, & dotatio.

24 Ad evidentiã præmitto fundare ecclesiam strictè sumpto vocabulo nihil aliud esse, quàm fundum dare, ubi ecclesia est construenda, textus est in c. *Abbatem, n. secundo*, ibi, Et possessionis dominus, 18. q. 2. & in cap. *Nobis*, ubi Joan. And. & alij notant, *infra eod.* Sed in latiori significatione, & communi usu loquendi dicuntur fundare etiam qui construunt, ut probatur in d. cap. *Nobis*, & in cap. *Not quidem*, junctâ expositione Jo. Andr. ibi, *de testam. & det. lant. Roch. de Curte, in tract. de iurepatr. in ver. Ecclesiam fundavit, in 1. quæst. & Paul. de Ciudad. in eod. tract. in 3. quæst. principali, art. 11.* Unde Concilium Tridentin. in c. 9. sess. 5. dum statuit titulum juris patronatus esse ex fundatione, vel dotacione; sub nomine fundationis comprehendit etiam constructionem, seu ædificationem ecclesie; sicut etiam comprehendit gloss. in cap. *Generatim*, in ver. *Fundatione, de elect. lib. 3. not. ab. supra de elect. adific. in. & eodem modo sub nomine constructionis includitur fundatio, ut in cap. *Filius*, 16. q. 7.*

25 Quibus præmissis ad propositam questionem respondetur duabus conclusionibus.

Prima conclusio est. Jus patronatus non acquiritur, nisi hæc tria copulativè concurrant, videlicet fundi collatio, ecclesie constructio, & dotatio auctoritate Diocesani. Hæc conclusio est Abbatis in cons. 106. *Primum ad ordinem, nu. 2. vers. Sed hinc namq. instansibus, & vers. Præterea, lib. 2. ubi firmat ex causa fundationis, constructionis, & dotationis posse effici tres patronos unius ecclesie si in his tribus simul concurrant; aliàs secus; In- 27 dicitur ad hoc gloss. singular. in cap. *Quicumque, in ver. Abiquid, 16. quæst. 7.* quæ dicit ex modica dote quem non effici patronum; ergo multò minus si nullam dotem contulerit; & sic secundum Abb. vult illa glossa, ut ex sola fundacione, & constructione sine assignatione dotis competentis non acquiratur jus patronatus.*

Verum Lambertin. in tract. *huius tituli, lib. 1. par. 1. in 3. quæst. principali, nu. 2. vers. Est bene verum*; late refellit doctrinam Abbatis. Primò quia illa glossa non loquitur de eo, qui ecclesiam construxit, sed de eo qui contulit modicam dotem ecclesie jam constructæ, qui absque dubio non efficitur patronus ratione dotis insufficientis. Deinde quia jura inferius vitanda in secunda conclusione dum disponunt de acquisitione juris patronatus, loquuntur alternativè, videlicet ex causa fundationis, vel constructionis, vel dotationis, & consequenter non requirunt, ut omnia simul concurrant. Ac demum pro hac parte inducit Innocent. in rubr. *huius tit.* ubi videtur sentire ex sola fundacione, vel constructione quem effici patronum, quia deduxit ecclesiam de non esse ad esse, licet dotem non contulerit, ut ibi latius per Lambertinum, qui ex his conclusit, jus patronatus acquiri ex sola fundi collatione, vel ædificatione ecclesie, etiam si nec iple, nec alius dotem assignaverit. Ego existimo propositam conclusionem esse veram, & Lambertinum hallucinari.

28 Moveor primò ex auctoritate ipsius Innocentij in rubr. *huius tit. nu. 2.* ubi determinat jus patronatus tribus ex causis acquiri, scilicet eccle-

sie constructione, eccle. sive dotacione, & tertiorij ad ecclesiam fundandam collatione, & quemlibet istorum patronum esse, & re è sic vocari, quia sicut pater filium, ita patronus rem, id est ecclesiam de non esse de dicitur ad esse; Et mox subdit: Non enim potest fieri ecclesia nisi fundus, ubi fiat, assignetur, & ibi ecclesia ædificetur, & ante fundationem dos assignetur, ut cap. *Nemo, de consecr. dist. 1.* Sentit ergo Innocentius non posse quem effici patronum, nisi ecclesiam de non esse deducat ad esse, & ecclesiam fieri, seu quod idem est ad esse deduci non posse, nisi simul fundus conferatur, ecclesia ædificetur, & ante fundationem dos assignetur, & Innocentium sequuntur in cap. 1. *supra eod. Host. nu. 4. & Jo. Andr. 2.*

Moveor secundo, quia ex eo quod quis assignet fundum pro ecclesia ædificanda, si nec ipse, nec alius illam ædificet, ecclesia non potest dici in esse producta, ut patet ad sensum, & probatur in d. c. *Nemo, de consecr. dist. 1.* Ergo fieri non potest ut ex sola fundi collatione quis efficiatur patronus, & acquirat jus patronandi in ecclesia, quoniam non est in rerum natura, quia impossibile est prædicari de non ente, ut inquit Angel. *cons. 390. Carissime frater, n. 1.* Quinimò ut inquit Federic. de Senis *cons. 129. Casus talis est, n. 2.* (Si in opere ecclesie, seu capelle non sit tantum processum, ut possint ibi divina officia celebrari, non potest adhuc ecclesia, vel basilica appellari, quia non sunt ibi substantialia; & sic cum non possit ibi adhiberi consecratio ecclesie non potest dici ecclesia, quæ non est in rerum natura.) Hæc Federicus.

31 Moveor tertio, quia jus patronatus est jus honorificum, onerosum, & utile alicui in ecclesia competens pro eo quod de Diocesani consensu illam fundavit, dotavit, vel construxit ipse, seu ea, quæ iustam causam habet; ut dicitur Joan. Andr. rejectis antiquorum diffinitionibus *sup. in rubr. huius tit. nu. 3. vers. Si inigitur sine calumnia.* Cuius diffinitionem postea probaverunt omnes, & latissime explicarunt Roch. de Curte, Car. Lambertin. & alij, qui de hoc titulo tractatus ediderunt. Verba autem hujus diffinitionis nullatenus verificari possunt nisi ecclesia simul sit fundata, constructa, & dotata. Patet, quia verbum illud, *honorificum*, importat ut patronus honorificentius in ecclesia recipiatur, & studioso ei à ministris ecclesie deferatur, & in processione præ alijs honoretur, cap. *Pie, & cap. Frigentius, 16. quæst. 7.* secundum Innocent. in *huc rubr. nu. 3.* Quomodo autem poterit honorificentius recipi in ecclesia nondum ædificata? aut qui ministris sine stipendio in paupere esse poterunt, qui patrono deferant? Similiter verbum, *onerosum*, designat ut patronus teneatur ecclesiam ab impugnatione defendere, & de rebus ecclesie sollicitudinem gerere ne fraudentur, c. *Constitutum, 16. q. 1. & c. Filius, q. 7.* Quod pariter supponit ecclesiam jam constructam, & dotatam fuisse, item illud verbum, *utile*, importat ut si patronus perveniat ad egestatem, aliarum de bonis ecclesie, cap. *Quicumque, 16. q. 7.* & notat Innocent. *loc. cit.* Quomodo alii possint ex bonis ecclesie, quæ dotem non haberet? cum præsertim alimenta non sint patrono præstanda nisi ex proventibus, quæ ecclesie insperant, *ult. ad finem, 27. q. 2.* & notat gloss. in d. c. *Quicumque, in ver. Ad iustitiam.* Cum igitur verba diffinitionis juris patronatus nullo modo conveniant ei, qui dedit

fundum, nullo alio ecclesiam construente, & dotante; nec ei, qui construxit, si nec ipse, nec alius dotem assignavit; consequens est ut nec competat diffinitum, ut l. 1. §. *Dotumoff. de dolo, cap. Cum causam, infra de raptor. & notat glo. Hostien. Joan. Andr. Cardin. & alij in rubr. supra de summa Trinit. & file Cathol.*

32 Moveor quarto, quia jus patronatus jam acquisitum amittitur si ecclesia funditus destruat, cap. *De fabrica, de consecr. dist. 1.* & latius patebit *infra, in 2. quæst.* Item perditur dote penitus perempta, ut post alios fuse probat Lambertin. in *tr. d. huius tit. lib. 1. par. 1. in 6. quæst. principali, art. 3. nu. 13. & lib. 3. in 7. quæst. principali, art. 1. nu. 1.*

33 Ergo multò fortius non acquiritur si ecclesia nondum sit constructa, & dotata; quia facilis datur retentio, quàm nova acquisitio, l. *Per retentionem, C. de usufruct. & l. 2. & ibi Bald. in 3. notab. C. de fidei comm. & curpius ejicitur quam non admittitur; ob id per textum in cap. *Quoniam admodum, supra de iuretr.**

34 Moveor quinto, quia jura prohibent ecclesiam ædificari nisi prius assignentur quæ necessaria sunt pro luminariis, pro custodia, & pro stipendiis ministrorum, cap. *Nemo, de consecr. dist. 1.* & in authen. *Nulli, ad huc orator, dom. in rubr. & nigro, & notat gloss. in cap. Quicumque, 16. quæst. 7.* Fuse Lambertin. in *hoc tract. lib. 1. par. 1. in 5. quæstione principali, art. 10.* Quinimò ante ipsam fundationem dos assignari debet secundum Innocent. *supra, in rubr. nu. 2. & Cardin. nu. 4. in 5. quæstione.* Ergo aburdum est, ut de facto construens ecclesiam sine dote ex facto per jus damnato consequatur premium, & gratiam juris patronatus; unde potius deberet penam mereri, cap. *Legi, 16. quæst. 1. 1. Sive hereditaria, ff. de negot. gest. glo. in cap. *Quod ob gratiam, ad finem de regul. jur. in 6.**

35 Moveor ultimo, quia etsi ecclesia construi non debeat ante dotis assignationem, ut in d. cap. *Nemo, de consecr. dist. 1.* tamen si de facto construat, & consecrari non debet nisi prius fundator illam dote, ut sunt jura clara in cap. *Pie menti, & in cap. Frigentius, 16. quæst. 7.* & in cap. *Placuit, 16. quæst. 2.* & tradit Lambertin. in *precitatis, quæst. 5. art. 18.* Quod si contra juris dispositionem ecclesia esset fundata, & consecrata sine competenti dote; consecrator teneatur eam dotare, ut tenet gloss. unica communiter approbata in cap. *Cum sicur, sup. de consecr. eccles. vel altar. exemplo Episcopi, qui ordinans aliquem sine titulo tenetur illi de suo providere, cap. 2. cap. Episcopus, & cap. Cum secundum, supra, de preben. & in defectum Episcopi consecrantis, ut dicit illa glossa, fundator dotabit eam, & poterit ad hoc compelli, arg. d. cap. *Pie menti, 16. quæst. 7. & l. Qui liberis, ff. de ritu nupt. quod latius prosequitur Lambertin. d. art. 18. in 3. princip. vers. Si autem ecclesia.* In eo autem casu, in quo fundator compellitur ad dotandum, de rigore juris ex dotacione non efficitur patronus, ut videtur tenere Jo. Andr. in rubr. *huius tit.* secundum Cardin. ibi in 6. quæst. nu. 5. vers. Et ex hoc videtur; sicut non detrahit Trebellanicam, qui compulsus adijt ut restituat, ut l. *Nam quod, §. Quis compulsus, ff. ad Trebell. & generaliter non debet quis commodum consequi ex eo, quod facit invitus, cap. *Quam præposterum, cum concordan. de quibus ibi in glo. ult. 13. quæst. glo. penult. in cap.***

Ad fidem, 23. quæst. 5. licet Cardin. subdat, & quos esse ut efficiatur patronus, de quo plenius per Lambertin. *lib. 1. par. 1. in 3. quæst. principali, nu. 4. vers. Vnum tamen reperit.* Ergo Doctores supponunt pro indubitato eum, qui de facto fundavit, & construxit ecclesiam sine assignatione dotis, non acquisivisse jus patronatus; aliàs enim ineptum fuisset inquirere an dotans ex necessitate efficeretur patronus, si jam patronus esset ex fundacione, & constructione præcedenti; & quidquid sit de illo, qui compulsus contulit dotem ecclesie jam fundatæ; certè negari non potest quin efficiatur patronus si illam conferat spontè, prout concludit Innocent. & Cardin. *supra in rubr. & idem Cardin. hic nu. 6. & Abb. nu. 9. & Lambertin. lib. 1. par. 1. in 3. quæst. principali art. 1.* Ergo necesse est fateri ex sola fundacione, & constructione cum non acquisivisse jus patronatus: nam si acquisivisset, quidquid dicit Lambertin. *in d. q. 3. nu. 4. vers. Sed ad hoc potest responderi:* utique ex dotacione non potuisset illud de novo acquirere eum jus patronatus sic individuum, & lemel quæ situm ex una causa, non possit ex alia acquiri, arg. l. *Vas, ff. de servit. l. Si sepulcrum, C. de relig. & sumptib. funer. l. 1. ff. ad leg. Falci. l. Vas, ff. de usu, & habitat. Incorporaliam enim dividi non possunt, cap. *Nihil, 7. quæst. 1.* & notat Hostien. in cap. 1. *nu. 1. supra eod. & Archid. in cap. post princ. 42. eod. tit. lib. 6. & Bald. in cap. Quanto, de iudic. & quod meum est ex una causa, ex alia meum fieri non potest, nisi desinat esse meum, ut cap. *Inter dilectos, §. Caterum, de fide instrum. l. 3. §. Ex pluribus, ff. de acquir. possess. & l. Cum res, C. de contrahen. empr. Abb. cons. 3. Nitar. col. 2. in princ. vers. Item quod meum est, lib. 2. Socin. reg. 25. Dominus tenet amplius effici non potest. Facit textus in cap. *Vt quis dicit, de elect. lib. 6. & quod notat Lap. allegat. per ut am.****

43 Præsertim nu. 4. ubi dicit ex secunda præsentatione non possit alicui jus competere si competit ex prima, quia Quod meum est ex una causa, & 44 & matrimonium carnale sicut spiritualis concitare non posse ex consensibus iteratis; quia cum sit individuum, aut ex primo consensu tenuit, & sic nihil addit secundus; Aut non tenuit, & potest consistere ex secundo, allegat gloss. in cap. *fin. de translat. Episc. & Jo. Andr. hoc vicentem in addit. ad Speculat. in tit. de rescript. §. Ratione autem cause, vers. Item obtentum est.*

45 Non obstant jura, quæ dicunt jus patronatus posse acquiri ex pluribus causis alternativè; quoniam loquuntur in casu secunde conclusionis, de qua *infra nu. 49.* id est cum unus dat fundum, & alius construit, & alius assignat dotem: nam unumquodque alternativè ex una causa efficitur patronus. Sed hinc non sequitur quin respectu ecclesie debeant simul concurrere fundatio, constructio, & dotatio.

46 Item non obstat quod ex sola fundacione, & constructione ecclesia de non esse deducatur ad esse, ac proinde fundans, & construens efficiatur patronus, ut ex Innocentio prolixè deducit Lambertin. Nam respondetur ecclesiam deduci quidem ad esse etiam dote nondum assignata, sed incompletè, & contra juris prohibitionem: unde ex tali fundacione, & constructione patronatus, & jus præsentandi rectorem non acquiritur; quia sine substantia rerum non potest ecclesia deferri, ut c. *Si quis obierit, 1. q. 3. & fuit dictum Innocentij supra*